Elementa Educationis.
Liber ex Gallica lingua
in Latinam traductus.
per Ignatium Capitaneum
Zavichostensem et Martinum
Zaluscios Praefectidas Culinae
Magni Ducatus Lithvaniae.

Cracoviae Anno Dñi 1752.



ELEMENTIA EDUCATIONIS.

Virtutis Encomium gloriam parit

Tot homines sapientia præditi tractarunt jam de educatione, tot alii exercent suas rationes cum successu ut opere pretium minus esse videatur, hanc materiam tractandam denuo assumere. Singulorum tantum animi invitandi sunt ad imitanda principia celeberrimi Fenelon atq Illustris Rolin quibus addi possunt solidæ reflexiones Domini Locke et Crouzats neqs oblivione prætereundo profundam penetrationem Dominæ Lambert maxime idoneam in adeundis cordis humani penetralibus.

Labor meus exiguum compendium est considerationum atq exercitiorum. Sublimitas ingenii Autorum citatorum vix permittere debuerat eorum perceptionem, tamen ut hi usus sunt sensibiles in societate, credidi eas proponi debere in formam manualis libelli. Publici interest valorem suum æstimare cui respondere nequeo tantum de mea recta intentione.

Morum comitas ita propria est homini honesto ut eadem destitutus in societatem aliorum admitti nequeat nisi summa cum dificultate quascunq qualitates aliunde habeat semper nativum colorem.

scientiæ et virtutis præsefert in favorem simul trahit ejus qui eam exercet. Non intelligo per comitatem affectum nil dicendi vel faciendi quod non fuerit selectum, atque istud est pretii constitutivum. Neque etiam intelligo vim animæ et corporis quæ sæpius in errorem inducit quam defectus emendat unius, alterius vero expressiones coactas reddit communicatque sublimitatem violentam cogitationibus

Gallorum comitas morum consistit in naturæ imitatione, estque simplex, nobilis, modesta, et sublimis. Illa modificat nostra dicta atque nostras actiones originem derivat a corde cum est rectum atque simplex mens nullam experitur difficultatem, in suscipienda ejus similitudine, atque ita secundum eorum intelligentiam formatur quod appellatur comitas morum. Veri similiter autem est id quod Romani dicebant Urbanitatem

CAPUT PRIMUM

Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.

Sententia hæc qua moralis pro basi et fundamento utetur, etiam est principium veræ comitatis morum etsi quibusdam in occasionibus lædi possit morum

comitas morali haud læsa raro tamen evenit quin in:
concinna agendi ratio sive rusticata sit defectui et vitio
proxima, Attentio vel modica si adhibeatur nullus
dubito quin universi assensum præbeant ei quod tracta:
re intendo pergoq; imo admiratio tenebit singulos,
propositionem modo paradoxam subito omnem vim
veritatis acquirere ejusdemq; successibus omnibus atq;
præstantia gaudere

Convenit juveni ut quamprimum hoc vitæ theatrum
mundum scilicet conscenderit sese advenam putet, dis:
ponatq; certum tempus ad credendum se tanquam
novissimum e quadam Illustri Familia. Ausim
dicere eum omnium rationem habere debere atq; scien
tiam quam comparare debet esse scientiam metiendi
rationem suam pro ratione diversarum classium distin:
guentium homines.

Quod eum in societate primum attonitum faciet,
atq; extemplo oculos ejus in se convertet est differentia
duorum sexuum, convenit itaq; ut modum præmature
noverit quo sibi utendum est cum sequiore sexu, hic
enim est ille qui mores nostros cultiores reddit. et ra:
tio decens quæ jugiter servanda est cum mulieribus

plurima elargitur præcepta ad dandum judicio et colloquiis nostris eam aptitudinem quæ distinguit ingenuum ab inculto homine.

Quamvis extent rerum ad mores spectantium scriptores timidiores quam doctiores, qui commercium fœminarum periculosum esse adstruunt dixerim tamen salvo eorum jure, quod ipsis debeo, quemadmodum impossibile est in societate vivere non cognitis fœminis ita utilius atq æquius esse, ut juvenis discat distinguere eas quas est quæsiturus quam ut experiatur totam vitam suam prælium adversus inclinationem quam Auctor naturæ non instar funesti doni nobis est elargitus

Perinde itaq distinctione opus est inter mulieres, atq inter viros, et quemadmodum prudentia nos docet non eligendos esse tantum viros virtuosos, eadem nobis duce utendum est in eligendis fœminis; verum quidem est, earum illecebris magnam vim inesse, earum tamen virtutes longe majore pretio et amore habentur.

Errare facit juventutem judicium inconsiderate ab ea formari solitum quæ sæpe pulchrum bonum existimat quamvis experientia doceat pulchrum

non nisi

non nisi fallacem illecebram et fucum naturæ esse, subindeque posse latere venenum sub flore venustatis, quare progrediendum est pleniore rationis usu in Regionibus incantaxtiorum neque se dedere illi rei priusquam benè cognoscatur.

His propositionibus universalibus semel positis ad rem advenio, sustineoque amorem proprium juvenum artis præceptis haud imbutum atque falso explicatum esse originem omnium errorum quos committunt nulla accepta bona educatione, vel cum depravata inclinatio non poterat subjugari sive vinci per consilia atque sententias eruditi Præceptoris.

Interest juvenis amari et desiderari quare et suum est cognoscere atque adhibere modos aptissimos ad procurandum effectum quem desiderat, efficacissimus autem omnium modorum, est urbanitas, ast in quo ea consistat? in modo faciendi atque dicendi ea omnia quæ fiunt et dicuntur; hæc est quædam species picturæ quæ nos venustiores atque acceptissimos reddit.

Ast quemadmodum illi est infinitus numerus commissurarum astutarum colorum, quas non nisi usus mundi manifestat, ego hic non describam nisi illas.

quarum tinctura ita est elevata ut ex illa neglecta oculi aliorum offendantur.

Ut vero in hoc exiguo tractatu ordo servetur percurram diversa loca atq situs in quibus reperitur juvenis, adnotaboq singula diligenter ab eodem servanda.

CAPUT SECUNDUM.

Visitationes sunt actus vel debiti, vel decori, vel puri otii, fiunt vel nostris proximis, vel nostris superioribus vel æqualibus, vel inferioribus.

Fiunt etiam cum gratulamur alicui de prospero successu, vel cum indicamus dolorem ex infortunio, quod quisquam amicorum expertus est illius sublevandi causa.

Adsunt plurimæ observationes, super his omnibus speciebus visitationum faciendæ, super visitationibus ex obligatione quæ plerumq proximis fiunt aut superioribus vel personis quæ nos præcesserunt, juvenis ingenue educatus debet exhibere in modo sese præsentandi quandam speciem sapientiæ quæ conciliatur cum quadam festivitate

Volo enim semper ut aperta habeatur physionomia, seu mores, naturamq externus partium corporis situs palam omnibus indicet. Distinguendus est hic probe habitus ab habitu evaporationis et stoliditatis

sive stuporis hodie admodum communis, nihil est levius atq inconvenientius hac sui ostentatione hilari parum considerata, haec est familiaritas subiecta quam homines diversae aetatis atq conditionis sumunt pro praesagio indolis parum solidae, raroq hac in re falluntur, neq probatam habeo faciem subtristem et quae pro inculta haberi potest, causat enim suspicionem juvenem subito taedium concipere ex officioso alterius aditu. In his omnibus itaq convenit esse simplicem, et naturalem, seu eum quem natura propria exigit, habere praeterea cor rectum (:ut jam innuis) hunc in modum rationi et moribus respondebitur ex aequo.

Ubi juvenis apparebit cum ornatu externo quem postulavi, si solus fuerit cum eo quem invisit distincte ad singulas propositiones respondebit, attentionem adhibebit in eligendis selectioribus terminis siq ingenio pollet inveniet modum indicandi procul omni affectatione quantum sua intersit commodi, cujus rationem suscipere videtur, is, quo cum sibi est copia familiaritate utendi. Ubi arbitrabitur tempus abeundi accessisse modestius elevabitur, scilicet neq

nimis properanter, neq nimis lente; discessum enim hunc neq decet esse velociorem, neq languidum. Quantum vero attinet ad moram visitationis ea qualitate personæ atq hora diei determinatur. Si sit vir officio publico functus, atq negotiis deditus, si atq horis antemeridianis visitatio, brevis esse debet, existimandum enim est horas illi caras esse; si tamen is cui visendi præstantur officia, juvenem certiorem faciat eum tuto secum diutius esse posse, seq ex colloquio suo voluptatem habere, producet moram cum reverentia atq metu ne videatur impatiens abscessus, poterit tunc cum festivitate in sermonem inducere, sibi multum placere, tantam sibi præstari bonitatem, ut etiam de tempore abscessus sui certior reddi mereatur. Atq hæ sunt temporis circumstantiæ, in quibus juveni datur commodissima copia exhibendi indolis suæ specimina, per res acceptissimas, in quarum disponendarum occasione versatur.

Si persona quæ invisitur sit conditione par, accessus quidem erit idem. Ast paulo post liberius juvenis agere poterit atq majore familiaritate uti, illa quippe quam lætitia prudens parit. Hæc visitatio sequitur ratio

nem et temporis, et occupationum propriarum, et com:
modi alterius, ut quippe et suis respondeatur negotiis,
et illi qui invisitur incommodum non procuretur
Volo juvenis praestet obsequium invisendi inferiori se
sua comitate morum affabilitatem contineat, atq loco exhi:
bendi se superiorem otio adhibeat terminos in colloquio
quibus vel maxime alacritatem suam obsequendi eidem
indicare valeat. In summa, nullam rationem habeat
differentiae quam fortuna inter utrumq esse contigit
quae sive genus sive opes spectentur.
Hic est sepulchrum ambitionis quod propono,
juvenem ad veritatis semitam reducendi animo, ex insti:
tuto Divino homines in aequalitate non differunt
Ut reducantur ad sententias quae immediate dicta sunt
1mo Officiosus ad alium aditus si fiat ex obligatione,
fiat cum plena reverentiae exhibitione
2do Visitatio familiaris civilitate abundet.
3tio Eadem ex otio suscepta honestam familiaritatem
contineat.
Agitur impraesentiarum de motivo visitationum
si hae fiant alteri super emolumento aut super aliquo
gradu honoris, gratulandi causa, quaedam oculis indi:

canda est letitia, quo significet nos ex animo
participes fieri gaudii ex prospero alterius succesu.
contra si visitatio fiat infortunii cujusdam causa,
decet faciem invisentis convenire cum sensibus in:
ternis, atq in omnibus his occasionibus, cor dispo:
nat externas corporis partes. Nihil enim foret
inconvenientius quam officiosus alterius aditus, do:
loris ex alterius dolore concepti significandi causa
susceptus cum vultu letabundo.

Sunt duo alio species visitationis, una quando
juvenis in conspectum virorum solummodo aut mulie:
rum vel utriusq sexus simul /: utrumq enim in vita
accidit:/ altera, dum admittitur solus in conclave mulieris

In prima circumstantia modestum atq nobilem
referat vultum, evitet pro omnibus incessus affecta:
tos atq nimium sibi confidentes quales sunt homi:
num leviorum, post hac facta reverentia principali
congregatorum atq aliis cum modo distincto quamvis
generali, per urbanitatem corripiat ceremonias, capiatq
sedem sibi destinatam, attentus ne aliena sumatur, per
silentium ad discursum descendat, suppositoq quod
ab eo pendeat ultima decisionis judicium, illud

suum non proferat priusquam ex eo quaesitum fuerit. Etiamsi minus recta proferri videantur, convenit juveni ut noverit sacrificare gloriae urbanitatis gloriam falsam gloriam arrogandae admirationis societati acceptius longe fiet sacrificium ejusmodi, quamsi judicii sui praestiterit specimina solius ostentationis causa. Adsunt circumstantiae sufficientes ad significandum aliis id non esse defectum eruditionis quod silentium contrarietati praetulerit opinionis, quae prae omnibus minime competit juventuti.

Ubi juvenis in hoc circulo sufficientem moram duxerit ut significet, se neq impatientem, neq importunum esse, et ubi probaverit per sermones suos se neq esse inconsideratum, neq maledicum, egrediatur incognito quantum possibilitas sinit, ne ulli causam se loco movendi potissimum patri et matrifamilias praebeat, atq hic est mos communis illis qui vivere norunt.

Si juvenis admittatur in colloquium mulieris sive in conclavi, sive in mundi muliebris involucro,

convenit ut indicet per decentem corporis sui habitum atq per elegantiam sui eloquii se non esse dignum tali beneficio, non illi persvasum esse vollo ut referat amplorem, sed ut se prdstet eum qui vocatur vir omni urbanitate ornatus, resq a juvene perfacile confunduntur, et quæ tamen perinde sunt remotæ, atq ridiculum ab eo quod decorum est, conversationem oportet rationi accommodari, juvenemq modo agendi a muliere sibi concesso nequaquam vero sibi eundem præter æquum usurpare. Oportet deniq ut impressiones residuæ in animo mulieris ejusmodi sint, post hac cum eadem affabilitate atq cum eadem fiduciæ specie excipi mereatur quæ non conveniunt præterquam animis et indoli ingenuæ.

CAPUT TERTIUM.

DE MENSA.

Primum juveni ad mensam accedenti observandum est, ne scilicet locum capiat priusquam neminem prdter se stantem viderit, præprimis attendet an mulie

atq Personæ distinctiores considerant, si Paterfamilias vel materfamilias illum ea urbanitate prosequuntur, ut eundem loco distincto uti velint, eum pro sua modestia, atq teneritudine animi ex tali honore concepta recusabit. Verum enimvero si idem locus semper designatur eundem suscipiet, ne nimia huic resistentia negotium pariat. Notandum vero est hanc cæremoniarum speciem debere fieri non nimis exquisite sive sine nimia affectatio: ne, et cum quadam inconstantia sive mutabilitate men: tis, quæ etiam rebus indifferentibus gratiam conciliat. Ubi vero mensæ accubuerit curabit manducare cum munditie et sine aviditate, attentus erit ad omnia quæ ipsi offerentur, ut recipiat vel recuset apposite et si: ne distractione, cavebit quoq indicare tale ferculum non arridere suo palato.

Si tamen ejusmodi aliquod accipiat utpote sibi repugnans ubi idem degustaverit, paulò post nemine tamen advertente mutabit orbem. Ubi rem aliquam postulabit a servo, id modeste faciet voce submissa utetur verbis semper honestis etiam cum propriis

domesticis. Observabit quoq sibi raro utendum esse libertate propinandi alteri, et quemadmodum istud faciendum non est habita ratione superiorum personarum, tunc eadem ratio non permittit salutare alios, contrarium vero non admittitur proterquam inter Personas æquales et familiares.

Quantum ad sermones mensæ, convenit optime juveni esse circumspectum, et si quis congressum paulo hilariorem reddit, in eodem sese juvenis abstinentius geret.

Optandum foret ut juvenis discat secare et offerre cibos, convenit illi nosse laborem hunc immanuere mulieribus, ast ubi artem hanc possederit conveniens erit, vitabit ridiculam emulationem secandi per potioritatem suæ industriæ monstrandæ causa, quæ degeneraret in puerilem ostentationem. Credo inutile fore sibi juvenem admonendum ducam, ut resistat petitionibus quibus ad bibendum sæpius vinum cogi posset, feliciter hæc pessima consvetudo atq vitiosa methodus sublata sunt.

Si juveni propinando salus dicatur attentius gratias referet. Attendendum adhuc illi est ad habitum sui corporis, ad modum bibendi atq manducandi, evitandi situs corporis coacti. Est enim quaedam species venustatis atq dignitatis, cum res maxime, communes fiunt, quarum curanda est imitatio atq singula naturaliter agenda

CAPUT QUARTUM.

DE ORNATU ET VESTIBUS.

Munditia juveni nonmodo convenit, verum ei decor essentialis est, nihil debet offerri societati, nihil ad coram exhiberi, quod huic molestum fieri possit atq injucundum sive repugnans, modica quae sui habetur cura, vel pigritiae, vel contemptus aliorum nomine insignitur, et utrumq vitium est. Intercedit porro differentia inter amorem munditiae atq amorem luxus vestium. Juvenem vestiri decet ad jucunditatem, sine investigatione et affectatione, et si genus suum exigit illum splendide vestiri, nullam concipiet vanitatem ex hoc splendore exteriori. Exinde enim praeter tenue meritum nihil significaretur, ex qualitatibus cor:

dis atq judicii curanda est juveni sui distin:
ctio item persvasum habeat, utilitatem splendidum
habitum deferendi, posse partiri cum his quibus
ille assimilari haud vellet.

Rebus non plus pretii est tribuendum quam
ejus habent, vestitum esse necessitas est calamitatis hu:
manæ, neq superbiendum est ex eadem calamitate, majo:
ris momenti est ut noverit juvenis aequum esse conse:
crare dictam voluptatem, ex splendido vestitu, modestiæ
paulo viliorem vestitum, ut sufficiat, vestitum præ:
bere illi qui eo penitus caret.

CAPUT QUINTUM.

DE SPECTACULIS.

Non mea refert tractare articulum de spectacu:
lis Theologorum, et adhuc minus Theologorum mora:
lium more, verum, ut recte existimatur quia
juvenis independenter a mea ratione cogitandi,
multum difficultatis haberet, in resistendo huic
illecebræ. Consultum habeo quaedam illi præsen:
tare antidota, eidemq inspirare reflexiones,

quas ipsemet facturus est, maturius judicium ubi nactus fuerit. Adjungam adhuc decentiam, qua utendum est in his congressibus publicis, et quae servanda est ne risui aliorum sese exponendi periculum incurrat. Primo sciendum est juveni, non esse occupandam locum in praejudicium unius mulieris, exponeret se murmurationi illorum qui infimum aedium occupant, praeter errorem quem committeret contra leges urbanitatis.

Oportet ne juvenis ferat judicium decisivum, sitq attentus ad modum comediae, retineatq quod illi impressum fuerit, ut idem communicare valeat illis, a quibus existimatio judicii sui dependet et quibus conceditur facultas eum redeundi, unde per errorem digressus fuerit. Huic proinde modestiae et docilitati, debebit, cum tempore eam sagacitatem, atq in rebus componendis aptitudinem, quibus in futurum ab aliis distinguendus est, nihil abjectius est, decisione juvenis inconsulti cum summa potestate in rebus, quarum e primis quidem principiis inductus

est, beneplacitum suum pro prima regula dare solet, et ignorat illud, quod regularum nomine ve: nit sæpissime non esse, aliud potissimum in bo: nis operibus quam præter ipsum exquisitissimum agendi modum executioni datum, scilicet naturam.

Convenit insuper, ut juvenis evitet omnes discussi: nes probi judicii, cumq tuetur opinionem ali: quam, illud sine emotione animi exequatur, sine calore, et cum verbis ita ordinatis atq compo: sitis, ut ipse quoq adversarius egrè ferat, se cre: dere habere rationem, adversus ita ingenuum virum. Hæc urbanitas non impedit, quo minus juvenis sese monstret ingeniosum atq perspicalem, cogi: tationes et expressiones ejus apparebunt non secus ac figuræ imaginis super bono fundo.

Juvenis probe institutus non gloriet infor: mari de modo vivendi Actricum comedianum, pro: fessio earum ita exposita est malignitati censuræ, ut præter maledicentiam nihil audiri de iis cer: tum sit, præter personam quam referunt

nihil in illis spectandum, modus hic convenien:
tior est tolendis ideis imaginationis quovis alio,
et malo dicere Andromachus bene susceptam personam
recte gessit, quam dicere, ista Andromachum exhibuit.
quamvis bonum sit non ignorare nomina optimorum
actorum et actricum, nam a cognitione hac dependet
frequentia spectaculorum, sive frequens eorum aditus
Generalem informationem instituet juvenis super
operibus Theatri, quae imaginationi hominum lusus
sunt, quos aequissimi hominum voluerunt esse reme:
dio spectatoribus adversus ridiculum atq funestum
affectum motuum animi, quamvis veritati conformi:
ter ratio et Religio. sint media citra comparatio:
nem tutiora atq efficatiora optimis operibus Molieri
atq Cornelii. Credo fructum qui ex his operibus colli:
gitur, haud dubie esse explicationem cordis humani,
cognitionem tristis lusus motuum corruptorum na:
turae, atq nostrorum vitiorum, et quandam subli:
mitatem idearum atq expressionum, quarum ap:
plicatio fieri potest in circumstantiis maxime

morati favorabilibus, mundus Theatrum est omni-
bus spectaculis amplitudine majus homo cujus
optima indole atq ratione requntur reflexiones, mini-
mé opus habebit auxiliis ejusmodi parum tutis
ad discendum ea quæ scire tenentur, in compluribus
operibus Theatri vitium nimis est confine virtuti.

CAPUT SEXTUM
DE LUDO.

Homo non satis est beatus ut cognoscat pretium
temporis, atq debilitatem constitutionis suæ, ubi
diffidentia virium suarum illi non permittit
occupationes serias et assiduas. Credidi itaq sibi
permissum esse ludis atq corporis quieti vaca-
re per horas, quas secus otio intendisset; et
quemadmodum otium aptissime parens omnium
vitiorum appellatum fuit, creditum est, conveniens
esse indulgere exercitiis jucundis atq occupationi-
bus variis per tempus, quod alias in nihilo con-
sumendum foret. Neq ipsa Religio illos exclud-

qua tales. Sunt igitur ludi et recreationes corporis permissæ, dummodo tales non redundent in mentem nisi ut somnus in corpus, scilicet dummodo non sint utiles præterquam ad dandam novam applicationem officiis principalibus cujuslibet status.

Inter omnes ludos quos otium invenit, sunt quidam quos scire juvenem decet, et quibus viri honesti per potioritatem dant operam; sunt quos lex Principis tuetur, omnis subditus probus his conformiter agere debet, id quod exigo est, ne juvenis ad illos ludos incumbat studio nimis vehementi, sustineat omnes animi impetus in quovis casu, sine alteratione nullam perditionem se gravate ferre ostendat, neq ex lucro quod vincendo optinet lætitiam manifestam concipiat, nam ubi nimium explicatur præter quod abiectam aviditatem probat, est species quædam insultandi iis, qui in ludendo adversam fortunam nacti sunt, oportet omnem probum lusorem evitare quævis minima jurgia, modum illius ludendi et numerandi omni reprehensione carere, et si aliqua supervenerit controversia, judicium spectatorum appellet et fidem.

Suppono præterea juveni non esse ludendum

prœterquam in honesta societate, evitandos quoq esse ludos sortis justò majoris ne damnum vel excedat, vel nimium oneret fortunam suam, neq mutationem, aut potius perturbationem inducat in negotia rei familiaris. In reliquo oportet ut noverit solvere ingenuè, et amittere nulla propriœ utilitatis habita ratione sine ulla ostentatione, sicq nec insulsus erit neq subtilis, ad si eligendum foret, conveniret potius priorem esse.

CAPUT SEPTIMUM.

DE DEAMBULATIONE.

Omnium animi corporisq refectionum et recreationum convenientissima sanitati humanœ est deambulatio, in hac plerumq aer purus respiratur: quod si tempus est vernum jucundum admodum spectaculum exhibet, illa resurgentis naturœ species. Encaustum florum, tapetes viroris, umbra arborum, cantus avium, flatus Zephiri, omnia hœ demulcendorum sensuum causa fiunt, imaginatio mille recipit imagines seducentes, quœ cordi et animo ideas lœtissimas et motus jucundissimos largiuntur.

Juvenis uti potest his delectationibus innocentibus

naturalibusq et per societatem bonam reddere sibi tem:
pus utile quod in loco ameno consumit, tunc facili nego:
tio comparare potest notitiam operum complurium majo:
ris momenti quæ ad pulchritudinem spectaculi naturæ
contribuant; non sufficit deambulare more juvenum,
deambulandum parumper est more Philosoforum ne to:
tam vitam suam spectatorem agat parum sanum ortûs
et occasûs solis, mentem suam minime elevando tan:
quam per gradus ad Authorem universi. Æstas et autu:
mnus suppeditabunt nova obiecta, atq hæ diversitas fa:
ciet nasci novas occasiones capiendo profectui commo:
das novas conquirendo voluptates.

Juvenis attento erit animo in salutandis iis
quibus cum sibi est notitia, cujus superioritas non
imperabit illi quandam reverentiam, quæ salutem
justo familiarem redderet. Si eum alii prævenerint,
per urbanitatem promptissima signa attentionis suæ
dabit, omnia fient oris habitu simplici et nobili,
cavebitq imitari falsam morum venustatem cujus ar:
chetypa sese sæpius oculis illius offerent. Si ad

eum quispiam accedat, aut si illud quod aliis debetur efficiat, ut ille ad eos accedat hi motus liberius fient, quam fierent in conclavi, habenda vero est attentio, ne locus ubi urbanitatis suæ persolvet debitum, frequentetur ita ut sua civilitas molestiam pariat aliis incommodum quod sæpius vidi accidere, cum maxima molestia eorum qui in simili circumstantia cursum suum sistere coguntur, est modus faciendi omnia tempore commodo cum prudentia.

Apparet me hic loqui de deambulatione publice instituenda, quare in particulari observationes dictæ minime sunt adhibendæ, ubi habetur ratio matris et patrisfamilias atq́ eorum societatis

CAPUT OCTAVUM.

DE STUDIO ET ELIGENDIS LIBRIS.

Nihil magis contrarium est progressui scientiarum amore universalitatis, intellectus humanus est nimium limitatus pro tam vasto incepto; istud est velle oceani emetiri amplitudinem, nunquam per terram

iter volendo instituere. Pernecessarium itaq est omni juveni ut eligat unum vitæ genus Deoq mature omnia studia sua collimet; sunt quædam res quarum notitiam eum prius habere oportet, aliæ tantummodo sunt adventitiæ; bonum præterea erit ut cum fine principali conveniant. Sunt quædam cognitiones necessitatis absolutæ, atq ejusmodi est necessitas Religionis; est quoq necessitas moralis, et talis est legum fundamentalium status cui subjicitur, atq pars legum Civilium quarum exercitium est in usu, estq ut ita dicam anima societatis, ceteræ cognitiones determinantur secundum vitæ rationem eligendam in mundo, convenit nobilitati quæ se plerumq militiæ dedit, ut compararet notitiam historiæ, artis Fortificatoriæ, et legum principiis, his subjungo notitiam Lingvarum earum Gentium quibus cum nobis frequentius negotium est. Illi quos literatos vocamus pre primis judicium suum sequentur, hic modus est rem ex sententia gerendi: verum semper distingventur,

illi quorum curæ et labores contribuere possunt ad: utilitatem publicam, ab iis qui tantummodo colent otium, quorum ingens est copia in quovis vitæ genere.

Æstimandum est meritum librorum et evitandum desiderium immoderatum legendi multos, exordiendum est juveni a notitia optimorum in quovis argumento atq ad eos solum incumbendum; hac methodo corripiet viam et evitabit longitudinem periculosam magis judicio quam propriam eidem formando. Præ primis certum in legendo servabit ordinem, quo sine mille res secum confundet, quibus explicandis integra vita sua haud sufficiet, ideo ejus se se transversum secabunt, unde incertitudo animi nascetur, quæ eum in quandam dementiæ speciem conjiciet. Prudentis Ducis cujuslibet juvenis est illi indicare viam, quam totam vitam suam secuturus est, atq hæc potissima erit gratiarum actio quam illi debebit, sibiq erit utilissima

CAPUT NONUM

DE ANIMA SOCIETATIS.

Utilitas nobis est de populis orientalibus, qui a no:bis exigunt majorem elegantiam atque majorem solertiam ex:plicationis in nostris colloquiis, scilicet ut feminae a socie:tate non excludantur. Hic occursus duorum sexuum qui certos sibi debent respectus sibique mutuae emulationis cau:sam praebent, utilis est expurgandae ad minimum formae exteriori nostri commertii, nec non novo procurando cam:po liberiore nostrae menti. Credo hic utrumque sexum utili:tatem suam invenire, quod si non eveniat, semper ex par:te morali saltim ex parte morum elegantiae, quod oculis jucundissimum praebet spectaculum. Saepissime unica mulier circulum virorum exornat, intelligo mulierem quae judicio pollet, nam tunc de rebus propositis cum civilita te et honestate disserunt, ita ut nulli non sit desiderium placendi. Omnes impenso studio incumbunt ut suum mereantur suffragium, sublata hac muliere e medio, collo:quium fit minus cultum, quisque majore loquendi utitur libertate, sustinetque opinionem suam cum fir:mitate, quae mox degenerat in pertinaciam, merito

igitur principii instar perutile esse societati, si in eandem mulieres admittantur. Ut autem societati accepti simus, unicum quod scio exstat arcanum, scilicet ut nos nostrique mores alios contentos reddant, ut vero ad hunc perveniatur terminum authomatum efficacissimum est, si iis praebeatur occasio, quibus cum nobis colloquium est, sicque nobis ab iisdem satisfiat, verbo: istud est sacrificium amoris sui proprii propter alienum, explenatio hujus sententiæ est immensa, hunc probabiliter unicum esse modum rem feliciter agendi, salvis tamen juribus honoris atque ingenuitatis, quæ pro primis reverenter sunt habenda. Plura hoc super argumento non profero, propositum enim meum est in hoc exiguo ~~meo~~ opere laconicum esse, permittereque reflexioni quæ opinionem meam consequuntur.

CAPUT DECIMUM.

DE MODO QUO IN CONFERENDIS SERMONIBUS CUM EXTRANEIS UTENDUM EST JUVENI.

Naturæ lex consiliumque est, nullum hominem alteri debere

esse alienigenam, omnes enim originis aequalitate sunt conjuncti, Philosophia seu ratio libera a praejuditiis, idem statuit primo hoc intuitu, quivis alteri carus, in reliquo summa oculorum judicii, politicae atque utilitatis quae diviserunt in ordine civili quidquid aequale fuit, oportet juvenem apud exteros peregrinum servare hos priores sensus quos humanitati debet eosdemque in corde suo fovere, nonsecus atque principium omnium idearum successivarum, quae illi causabunt inaequalitatem morum legum, atque imperandi rationum.

Juvenis cavebit mores populorum anteponere moribus suae gentis, quemadmodum urbanitas est societatis necessaria ad vivendum jucunde cum suis conterraneis (: itaquoque ut ita dicam :) urbanitas est universalitatis ad benevivendum cum omnibus. Quare evitanda sunt juveni omnia quae excitare possunt amorem proprium nationum, atque controversias super legibus earundem super moribus guberniis atque religione, nihil negligendum est ut his singulis rebus probe instruatur: nullam

præterea (: ut ita dicam:) memoriam loci nativitatis suæ retinere debet, ut cogitatio nonnis ad hominem in genere dirigatur, tempus semper erit observationes suas faciendi tumq probandi vel reprobandi, quidquid sibi justum aut ridiculum visum fuerit, ast quod maxime necessarium incumbat exacte in id, ut omnes ex animo deleantur impressiones habitus.

Facili negotio contrahitur consvetudo reprobandi ea quæ in utilitatem nostram haud cadunt, nullo prævio labore discutiendi examinandi atq secum reputandi singulas res priusquam judicium feratur.

Juvenis bene dispositus mox advertet rationem, ingenium, prudentiam, communia esse omnibus gentibus, defectus et vitia ubiq offendet notabitq sed brevi animo concipiet quod idem omnium foret judicium, si ab animi motibus atq proprii commodi cura essent liberi, sermo mihi est de populis perpolitæ mentis, atq ingenii illustris, et qui jugum naturæ compte haud defferunt.

Subit memoriam meam semper cum quadam specie fascinationis dictum acceptum à dignissimo quodam atq venerando Legato cujusdam summi Principis: duæ, inquit ille, solum requiruntur veritates ad uniendos homines in hoc mundo, omnesq in eo conveniunt, scilicet unum agnoscere Deum adorare Eum, et proximum diligere.

Verum distantia contemplationis ab usu depravat cuncta et gentes funestum adinveniunt arcanum, quo Religionem atq politicam suorum animorum motibus obtemperare faciunt, unde ortum habent fere omnes perturbationes ordinis atq animorum itemq tumultus. Hæc reflexio mihi jucunditatem peperit ex parte magni Viri, cujus Religio cum modica mansuetudine constituta est.

CAPUT UNDECIMUM.

DE GENEROSITATE

Non intelligo per generositatem desiderium intemperatum dilapidandi pecuniam cum quadam specie

ostentationis, ita ut solum comparatio nominis ge:
nerosi in votis habeatur; minus adhuc profusionem
illam quæ non aliud objectum habet, quam ut satisfiat
voluptatibus nostris, actio haud virtuosa est, si amo:
rem proprium in præsenti significatu sumptum
pro principio habeat.

Per generositatem intelligo artem utendi bonis
suis, ita ut exinde paribus iisq qui inopia pre:
muntur itemq superioribus satisfiat in quibusdam
casibus, illa est propria loquendo auri argentiq im:
penso solutioq justa, quæ cum agitur de dando facit
ut idem fiat ultro et consentiente corde. Dissipatores
raro generosi sunt, illi indulgent voluptatibus immode:
ratis, sequunturq cupiditatem obsequendo animorum
suorum motibus atq arbitrio proprio, et talis impendit
bona sua his ineptis usibus qui nulla actione generosa
notabilis extitit. Voluptas dandi ita permulcet, ut sem:
per admirarer dari avaros, verum voluptas hæc justitiâ
et prudentiâ regi debet, pro delectu occasionum

et personarum, atq istud est quod appello generosi:
tatem, verbo hac opinio mentem elevat super divitia
mundi, homo generosus precium hac in re non aliud
novit quam ut justus atq liberalis sit. Virtus hac im:
pedit opes comparari modis abjectis et illicitis faitq
ut vitaret abusus divitiarum per impensas parum ra:
tioni respondentes quibus ad tristem necessitatem duci:
mur; ita ut generositas in proprio significatu sumpta
probeq intellecta tantum a profusione ridicula, quan:
tum ab avatitia sordida differat.

CAPUT DUODECIMUM

DE TIMIDITATE

Timiditas est animi demissio quo facultates ejus
perturbat, easq ita dispingit ut juvenis quantumvis aliun:
de eruditus praeceptisq imbutus appareat stolidus nihilq
possit cum gratia proferre, atq vitium istud minus per
amoris proprii quam per rationis consilia emendan:
dum est.

Imprudentia quo est vitium oppositum minus adhuc

tolleranda, ast modestia medium tenet, hæc omnem nobis permittit libertatem, nos facile præsentes exhibendi atq mentem nostram explicandi adimendo tollendoq a nostra agendi ratione atq modo loquendi ea signa externa nimiæ fiduciæ quæ persæpe offendit eos quos alloquimur, ubi dici potest sibi præfidentes solertiâ atq prudentiâ destitui. Et quamvis molestia haud esset virtus moralis esset tamen virtus politica, hæc enim mediante cordis atq animi pæne certissima victoria optinetur, quem finem omnis prudens sibi proponere debet. Ex hac reflexione sequitur juvenem attentum esse debere, ut perturbationes hæ internæ quæ sunt affectus timiditatis supprimanturq; bona societas illi suppeditabit successive hanc honestam fiduciam, qua utendum est cum personis ingeniosis atq urbanis.

CAPUT DECIMUM TERTIUM

DE DOTIBUS CORPORIS EXTERNIS.

Quamvis verum meritum hominis in qualitatibus cordis et animi consistat, et venustas corporis solum

ut donum naturæ spectetur, quod jure merito neque laudem neque admirationem conciliare debet, verumtamen cum difficultate externæ venustati resistitur, totusque mundus vim hujus mutæ eloquentiæ probat, quæ præter modum exhibendi incessus gestus situsque nostros nihil est. Convenit igitur ut juvenis non contemnat hæc naturæ dona si illis potitur, emendetque quantum in sua pote: state positum est, personæ suæ injucunditatem novi pusillum hominem non se posse reddere staturæ pro: cerioris, neque gibosum erecte stare, posse tamen praviis exercitiis comparare astutiam quandam quæ in conspi: cuos reddit, aut minuit nostris saltem in oculis deffectus sui corporis situs sæpius reperiuntur homines felices satis, aptique ad reparandos per artem naturæ deffectus acquirendamque nobilem oris ac totius corporis composi: tionem fere semper præferendam mille formis commu: nibus quamvis aliunde certioribus atque ex artis legibus magis compositis.

Nemo credat me velle per artem insinuare da=
req potestatem utendi his abjectis atq mollibus venu=
statibus quibus homines pulchri videri cupiunt.
Pulchritudo de qua mihi hic sermo est, plurimum distat
ab his blanditiis insulsis quarum plurima exstant
exempla, loquor de illa libera virili et facili forma
quæ generositatem atq ingenuitatem animi indicat, atq
de forma externa immuni seu libera a necessitate
fatua aut ridicula affectata. In summa neq narcissos,
neq flores Adonios mihi formandi est animus: arma,
saltandi et equitandi ars sunt media, quæ propono

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

DE CIRCUMSPECTIONE.

Circumspectio est ars nihil non apposite dicendi
quæ se in societate longe lateq diffundit ita, ut secun=
dum explicationem mentis sive eidem proportiona=
liter, plurimi hic peccant ex deffectu intelligentiæ,
alii ex defectu prævii consilii: et quamvis hi sint

omnium pessimi

omnium pessimi, utriq tamen sunt timendi, et viri pru:
dentes sibi ab his duabus speciebus cavent. Impossibile
foret recensere singulas vitæ occasiones quæ circumspe:
ctionem exigunt, dixisse oportet, illud maxime inculcan:
dum est juveni sit in loquendo tardus nequaquam vero
festinus nihil sine prævia attentione proferat, nihil
subito pronuntiet, quod vel minimum inconvenientiæ
continere possit. Oportet præ omnibus juvenem evita:
re verba jocosa si sufficiente polleat industria ex:
primendi acceptos ingenii æstus, præstat hujus mo:
dum gloriæ abjicere desiderium quam consequi nomen
Caustici, atq hominis qui verum bonum amicis suis
anteponit.

Quod attinet ad mulieres argumentum est multum
subtile, earum enim habita ratione circumspectio sum:
ma servanda est, etiam in rebus minimis, occasiones
de illis loquendi sese offerunt frequenter, convenit
optime juveni nihil unquam de hoc sexu proferre

quod in malam partem explicari posset, plus dico si vult ut omnia a se prospere gerantur etiam illis parcet loquendo quibus publicum haud parcit. Postremo rarissime peccatur nimia circumspectione, contrarium tamen in dies evenit.

CAPUT DECIMUMQUINTUM

DE INDULGENTIA, ADULATIONE, ET LAUDE.

Indulgentia nihil aliud est quam morum comitas in actione sita, scilicet reverentia sensuum atq desideriorum aliorum propriis continetur limitibus, neq extenditur ad actiones quæ immediate ad virtutem aliquam referuntur. Fallere enim atq prodere justitiam et veritatem non indulgentia, sed delictum est. Nemo propria loquendo libertate gaudet aliis reverentiam deferendi, præterquam in occasionibus ubi affirmatio et negatio nemini

detrimentum afferre possunt neq actui morali contra:
rii: sæpissime autem reperiuntur homines hujus gene:
ris; atq hæ sunt quas juveni propono, ut illi dentur si:
gna docilitatis caracteris sui. Dici potest quod tunc for:
ma atq diligentissima judicii illius disquisitio illi competat
quodq ex his sacrificium fieri possit, ast ubi agitur
de virtute aut veritate nihil illi recommendatum haberi
volo præter triumphum illis debitum, et quemadmodum
nimia vis ingenii in elocutione et vehementia toni,
minime sunt argumentum hujus rei faciuntq sæ:
pius rationem excedere spheram judicii, vellem sem:
per moderatione utatur. Non persvadetur per vim
vocis, et sophisma, quod conatu pulmonum susti:
netur hac in re nihil soliditatis habet. Non est mihi
propositum inspirandi adulationem, verum qui
sunt termini indulgentiæ, dici posset illam finiri
ubi adulatio incipit, hæc magna opus habet præci:
sione: cor ejus differentiam sentit melius quam ratio

exprimere valet.

Ad mentem tamen meam explicandam accedo, stabilita sententia indulgentiam esse necessariam, qualitatem in societate; intelligo per hoc amorem alterius proprium eam debere anteponere nostro, idque non alio fine, quam ut commercium vitæ jucundius reddatur. Si extendendo sit hæc simplex idea habeaturque animus seducendi cor illius, cui præstatur reverentia quadam utilitatis propriæ causa. Hæc intentio sola degenerare facit indulgentiam in adulationem, ita ut si comparatione utar, indulgentia et adulatio duarum pulchrarum mulierum similitudinem habeat, quarum prima cum sit virtuosa, illecebrarum suarum usum contemnit, aut rectius dicendo eas possidet sine cura; altera est formosa mulier quæ venustatem corporis sui et dignitatem violari sinit per molimina illegitima.

Ars præterea laudandi est laus multum deli:

cato, exigit hæc pro diversitate circumstantiæ, vel ma:
gnam sinceritatem, vel magnam justitiam. Credo ju:
veni... neminem prius laudibus efferendum esse, quam
certam mundi notitiam comparaverit, et quamvis verum
sit paucissimos esse ejus modestiæ ut laudem respuant
imo tales fore esse nonnisi illos qui eam haud merentur
et qui ea animo lubente potiuntur. Vellem quoque ne
mentis explicatio nisi relative fiat ad materiam cui
quisquam adjectus fuerit conditio hæc sola si probe
observetur, ingentem elogiorum numerum ad mino:
rem redigeret, dicerem consequenter ut cuivis per:
suasum sit laudem quo fortior atque directior est, eo
minus penetrabilem esse. Proprie loquendo laudem
non permitti, nisi quatenus est vectigal meriti cogniti
atque vectigal istud pretiosum non est, nisi quatenus
sincerum, et propriis commodis minime inhians.
Atque hæ duæ qualitates unitæ, nunquam cum Hyperbo:
le, neque cum fatuitate convenient, quam viri honesti

maxime sunt exosi.

CAPUT DECIMUM SEXTUM

DE REVERENTIA DEBITA GUBERNIIS.

In mundo eadem reperitur licentia in administrationibus vel in Religione. Animi qui se dicunt liberos ut svarius reddatur verbum quod sibi speciem imponit, sapius in his materiis consulunt passionem, quam rationem; et quod singulare est, authores qui de administrationibus Regnorum scripsere disseruere, contradictorie scripserunt illi cui per nativitatem erant subjecti: Ita Hoppius quanquam Anglus extendit potestatem Monarchicam usq ad gradum Despotismi, quem ne ipse quidem summus Monarcha admittere vellet

Principium invariabile quod sequendum est puvoni, consistit in cognoscenda forma administrationis, cui eundem providentia subjecit in omnibus suis actionibus in exercitio huic conformandis: atq hac necessitas disciplina civilis intelligentiam suam ad eam servitutem redigere haud debet, ut minime

audendum sibi putet adnotare deffectus in legibus, atq in earundem administrationibus. Quemadmodum omnes res institutionis pure humanæ signatæ sunt typo fragilitatis facili negotio, cognoscet facili negotio dari loca quæ haud satis firmo nituntur fundamento; verum desidero has reflexiones fieri Philosophicas, et in usu nullum sibi proponi objectum, quam ut omnes ideæ tendant ad veritatem et felicitatem generis humani.

Juvenis ergo evitabit summa cum cura omne altercationis genus in præferendis Monarchiis, rebus publicis, statibus mixtis; oportetq ut eidem persvasum sit unam quamq nationem elegisse quod maxime moribus suis usibusq conveniebat, aut si velit accuratius singulas nationes diligentius perpendere attendereq ad diversitatem animorum et climatum, ad minimum Regionum optimas disciplinæ civilis legibus cultarum, ignoro eum unquam posse hac

in re certi aliquid statuere.

Reflexio hæc sola juvenem præsertim cum exteris circumspectum reddere debet; suspicandum enim illi est in quovis populo idem sive æque flagrans studium suæ administrationis, quod idem habere tenetur proprio, idem ipse gradus amoris proprii subito accenditur degeneraretq brevi in originem divisionis et scissionis, quæ cuilibet prudenti evitanda summopere est.

Omnes Principatus eandem habent originem et subditorum haud est examinare, justum ne sit eorum servare leges et placita; quæstio hæc decisa est per incitamenta potentissima, Religionem nempe et scientiam politicam, terminis hujus ratiocinationis super similibus rebus signati erant per prudentiam et sapientiam. Qui eos violant sive prætergrediuntur, et si de iis sermonem faciant aut scribant animo subvertendi fundamenta societatis, rei sunt criminis læsæ Majestatis publicæ et particularis.

Omnes igitur hæ controversiæ vanæ sunt, quæ

Super forma

super forma administrationis suscipiuntur, sunt in:
super species rixarum scholasticarum quæ non nisi in:
flammandis animis minime vero iisdem illuminandis
aptæ sunt. Haud prudentis est loqui super his rebus,
nisi cum viris quorum bonitas cordis nobis est cautio
characteris. Juvenis itaq facili negotio, intelliget sibi
moderatione utendum esse in politica generali Regno:
rum, sentiet insuper se moderatum multo magis
esse debere in politica generali status cujus est subditus

Status sunt subjecti mutationibus in Ministerio,
hæ revolutiones præbent semper occasionem consideran:
di et raciotinandi; in his circumstantiis vir prudens
nunquam sensum suum particularem explicabit.
Negotium status, quod sibi persvasum habebit melius
intelligi ab authoritate dominante, quam a se ipso
hac in re controversiam solvet, dabitq regulam suo ju:
dicio. Si aliunde amore prosequatur aliquem civem
qui Principis offensionem incurrit, debet per suum
silentium conciliare partem qua eum ipsius infortunium

afficit cum eo quod debet Patriæ, suppono civem illum infelicem magis quam reum esse, quoniam in postremo hoc casu omne principium amicitiæ et æstimationis cessare debet; istud est sacrificium quod exigit ratio et bonum publicum.

Juvenis ergo raro admodum sermonem instituet super negotiis Principum, atq novis publicis: perturbatio animi sæpius reddit audaciores eos qui de his loquuntur, raro justitia, cognitio, et veritas, semper prudentis est his in rebus servare silentium, et audire cum consideratione. Postremo oportet cor et sensus pro utilitate et gloria Patriæ conjungi cum corde et sensu Principis. Oportet etiam ne animus ea abiecta faciat per sermones temerarios et inconsideratos

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

DE SUMMA HONORIS

Præjudicium nationis ita est formidabile ut ratio non audeat illud impugnare cum successu. Vis legum et Religionis potest suos retardare effectus perniciosos

verum causam ejus nequaquam tollere. Quod ergo superest medium reducendi nationem ad veritatem, oportebitne rationem latere et per quandam speciem pusillanimitatis hosti cedere et palmam relinquere? nequaquam.

Summa honoris origo fœcunda et antiqua amissionis tot optimorum civium est unum ex prajudiciis gentium superatu difficile. Incipit per amorem proprium non probe intellectum, sustinetur per opinionem aliorum, terminatur per vinditam et furorem, Quomod possibile est collectionem seu cumulum tot animi perturbationum falsum nomen honoris nancisci potuisse.

Omnes homines ad Deum et Patriam referuntur hæc duplex dependentia illis imponit necessitatem conservandi tanquam bonum cujus nonnisi dispositores sunt, et quemadmodum occisio suiipsius turpi ducitur crimini et flagitio, ita prohibitum est exponi vitam civis aut suam propriam pro reparanda contumelia particulari. Status et Principes possident jus impe:

diendi hos excessus, iis nomen tribuendi, utendique potestate judicis circa honorem civium.

Quod est ergo principium contradictorium his praeceptis politicis quod ita difficilem reddidit, in usu potissimum inter nobiles suppressionem hujus abusus funesti atque crudelis. Honor nonne consistit in fidelitate quae debetur Deo, Principi, et Patriae, nonne in exercitio virtutis? nonne pudor est irae atque ferociae valorem tribuere? Magnitudo animi heroici haud consistit in contemptu mortis, ast in motivo in quo inspiratur. Homo qui properat ad vindictam ex dolore particulari haud majora ideis vulgaribus praestat, simulque amori proprio Religionem, Principem, Patriam, familiamque suam immolat, hic ergo amor est proprius non probe intellectus. Dicet hic homo offensus: sinite faciteque silere vocem publicam; supprimite vocem hujus veteris Tyranni independentis, ab omnibus regulis praejudicium, sine quo repugnantibus honoris detrimentum patior, si vestras opiniones sequar. Hoc praecise est praejudicii quod hinc repeto, praejudicium hoc

affirmo absurdum qui credit debere illud sibi illudere.

Concipio quemlibet hominem privatum habere jus in propriam existimationem ejusdemque esse conservatorem naturalem, neque Patriam et Principem committere debere negotia sua et gloriam, nisi viro honoris et consilii. Graeci et Romani similiter judicabant; intribuendo valore ideae, illis eque sublimes fuerunt atque nobis sunt. Non tamen nobis ex historia constat unum eorum adversus alterum fortitudinis suae periculum fecisse. Authoritas suprema decidebat in offensis et reparationibus, rationi igitur jus est falsum tribuendi huic praejudicio illudque spectandi velut effectum temperamenti ardentis, stabiliti per usum et fere per nobilitati characterem Personarum qui se huic dedunt.

Juvenis plenus his reflexionibus faciet sibi clipeum ex sua prudentia ut se tueatur adversus has fatales circumstantias, vel credet sibi cunctandum esse inter praejudicium atque leges Divinas et humanas, et si in vita modestia et prudentia sua se videat quasi

violento rapi in quadam harum tristium occasionum, scire debet unicum suum refugium in ordine civili esse Principem, quando insultatio quam sustinuit ejus est naturæ, ut nullum reflexionis reliquerit instans: verum in ordine morali refugium non reperiet si succumbat.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM

DE RELIGIONE

Initium faciendum fuisset mihi a capite præsenti maxime in re perito, Religio enim recte intellecta comprehendit omnia. Propositum meum haud est hac de materia magni momenti tractare, admonere solummodo volo juvenem qua circumspectione sibi utendum sit in explicanda mente sua circa materiam Religionis. Occasiones audiendi hac de re institui, sermones cum licentia erunt nimis frequentes, et istud est scandalum adversus quod præmonere et præmunire volo. Quamvis modico lumine et intelligentia sit præditus juvenis, sentiet brevi nihil melius probare necessitatem Tribunalis infallibilis, quam diversitatem opinionum, Sectarum et errorum rationis: discet quomodo veritates

Evangelii pervenerunt usque ad nos, sine ulla alteratione non obstantibus dubiis, quibus ingenia quædam teme:raria, et falsi Philosophi illud obscurum reddere ten tarunt omnibus seculis: cognoscet hæc ingenia perar:guta arrogataque hos Deistas, hos materialistas, hos Socinianos, hos Spinosistas, hos Pirronianos, ne ridi:culam quidem utilitatem habere in suis erroribus, eo:rumque sistemata, non nisi contextum esse contradicto:rium, absurdorumque quæ sufficit opponere pro illis evertendis, confundendisque eorum defensoribus: evi:tabit considerationes cum his speciebus ingeniorum, quæ neque principium, neque authoritatem admittunt, convictus interne de imbecillitate mentis humanæ quan:do alium non habet ductorem præter lumen suum na:turale, ratio eum propria ducet saltem usque ad portam sanctuarii submittetque eum simplicitati fidei. Tan:tumque abest ut deroget suæ intelligentiæ quidquam, ut potius per argutum consequatur ingenium, ut nempe perveniat ad statum resistendi afflatibus

falsæ doctrinæ, erroribusq quandoq suffultis pro:
pugnatisq cum similitudine seducendi capace atq
ubi omnis ars falsæ dialecticæ adhibita fuit ad seducen:
dum lectorem nulla præcautione instructum. Postremo
juvenis præceptis imbutus convincetur per concatenatio
nem veritatum a creatione mundi usq ad nos, quod hic
conceptus admirabilis sublimis et successive revelatus
per Patriarchas, Prophetas, et Apostolos esse nequit,
nisi opus Dei quem adoramus; simulq contemnet
omnia quæ Philosophi arrogantes veteres et moder:
ni animo conceperunt, seu effinxerunt, effingentq
adhuc pro eos evertendo. Usus scientiæ moralis Evan
gelii exercendo motus animi in juvene, faciliorem adhuc
reddet ejus fiduciam, haud difficile creditur quid:
quid creditu est utile, potior pars ingeniorum argu:
torum quæ nobis exprobrant nostra præjudicia, pro:
cul dubio haud advertunt se magis iisdem præocupa
ri quam ullum alium, desiderium conciliandi servituten

Cum perturbationibus

cum perturbationibus suorum animorum, arrogantia eorum rationis et temeritas cogitandi cum tranquillitate cordis eorum est præjudicium in gratia positum, unde derivantur omnes eorum opiniones periculo innixæ; nonne etiam reperiuntur ita absurdæ opiniones (: ut suppositum fuit:) quæ defensorem sui nullum habuerunt, pluribus ne opus est ut reducantur stabilianturque homines in negotio suo principali? dicere volo in veritate immutabili atque æter: num independente, ab omnibus eorum controversiis ridiculis

CAPUT DECIMUM NONUM
DE SUPERSTITIONE

Superstitio gradu dejicit ideam Divinatio: honorem detrahit ejus attributis, estque character debilium ingeniorum, Superstitiosus victima est timoris, contra quem idem animum suum colligit per incitamenta æque fragilia, atque illa quæ ei timorem incusserunt, lusus perpetuus suæ immaginatio: nis adorat omnia quæcunque hæc illi præsentia sistit sub spe: ciebus extrinsecus sacris, quamvis interne prophanis. Fabulas cunctas pro historiis adoptat suaque credulitas tan: ta est, ut confundendo idquod unicum obiectum esse deberet, cum mille pueritatibus dici possit, imo certo affirmari

cum esse fide perinde atque ratione destitutum. Superstitiosus rationes essentiales contemnit, et apprehendit cum aviditate usus novos singularesque qui modo suo cogitandi analogi sunt, sublimitas Religionis non attingit imbecillitatem animæ suæ, non audet sese eo usque elevare, semperque pondere mille probrosorum præjudiciorum pressus, oneratusque vivit et moritur misere.

Juvenis in magnis principiis se exercere debet obliquis viis diffidere, evitare has falsas secretiores a materia, quæ ad exilia spectant objecta, et quæ ex morali faciunt systema pure speculativum, nihil relinquendo exercitio degenerant in dementiam, subinde in vitia.

Evangelium idem est pro magnatibus quod pro populo, pro doctis et simplicibus, quilibet exinde haurire potest pro gradu suæ intelligentiæ multique hinc originem ducunt. omnis qui ab hoc libro fundamentali declinat sive aberrat, plusquam suspectus est, sensus ejus stabilitus erat, per tribunal infallibile atque capacitati omnium judiciorum expositus. Verbo liber hic est ceu author nostræ Religionis Divini ad omnes atque omnes spectat, Notiones sublimes quas de Divinitate tribuit et suggerit, elevant

mentem usque ad Cælum, liber hic per sua principia cor penetrat, animumque excitat usque ad heroismum per exempla, illuminat per præcepta, et confundit rationem superbam et dignitatem atque sublimitatem suorum mysteriorum naturæ ita admirandæ atque superioris nostra intelligentia, ut nisi veritas ipsa revelata esse nequeat. Nihil in Evangelio habetur quod possit probare superstitionem, imo omnia in eo narrant de potentia Dæmonum victa de Prophetis falsis; de Magis recognitis signatisque certis quibusdam notis.

Falsi vates, prestigia detecta atque prædicta usus modici spreti, pietas Pharisaica damnata, postremo nihil in hoc libro continetur admirandum, præter verum et æquum docendum, consequenter rationem perfectam per studium morale et per fidem.

Homines dissoluti dant operam ut non agnoscant veram superstitionis speciem, eamque communiter religioni commodant etiam cum fidelitate exerceri solitæ: Difficile confunditur non plus convenientiæ in illa occurrit quam inter magnitudinem animi atque pusillanimitatem:

juvenis bene institutus in ea nunquam aberrabit.

PROGRESSUS EDUCATIONIS.

SERIES ELEMENTORUM EDUCATIONIS

In proponendis elementis educationis non aliter me gessi, neque aliud intendi, præter restitutionem ejus publico, quod idem publicum mihi commiserat, minus sollicitus eram de principiis propositis, ast solum de modo talia exhibendi, novi peroptime me opus habuisse ea elegantia styli atq indolis, quam aliis inspirandam duxi. Exemplarium quidem copia non defuit, at officiis optimi librarii ex æquo respondere plerumq arduum est. Speciem igitur quandam timoris præseferunt ideæ quas concepi, bonam educationem concernentes. Collectio quam accepi super hacce portione a publico, a quo omnia mea derivantur animum in me excitat ad eidem largius restituendum, ea quæ accepi accedoq ad perficiendum propositum sub titulo Progressus educationis, servato quantum

dabitur stylum concisum. Mea Philosophia me satis ducit ad persolvendam honoris et reverentiæ notam hominibus ingenue natis ut mihi persvasum habeam in ætate rationis veritatem haud indigere floribus ut sibi homagia præstentur, istud est species superstitionis cujus illos non ausim credere reos et quicunque ejus intuitum sustinere nequit eadem indignum se probet, non constant non omnibus quanta sunt amovenda præjudicia in inveniendo ipsa. Nonne per quam singulare est judicium nostrum /: cum non possit discrepare a securitate hujus methodi :/ quærit reconciliari cum errore nobisque inspirat desiderium veritatem tot coloribus distinguendi ut post non vulgari sagacitate opus sit in ejus cognitione, id quod nos fucata eloquentia sæpius sentire facit, ordiri volo per electiones status omnia fere regimina admittunt sex præcipua, quorum singula exigunt easdem virtutes cum diversis donis: ECCLESIAM, GLADIUM, MINISTERIUM, VESTEM, atque ÆRRARIUM PUBLICUM.

ARTICULUS XMUS.

DE CHARACTERE ANIMI ET CORDIS, QUEM DEBET HABERE IS, QUI PROPONIT SIBI STATUM ECCLESIASTICUM.

Communis est mortalium abusus ut ad certum vitæ statum, per ipsas e quibus descendunt familias destinentur potius quam per se ipsos. Sæpius in hac re inconsultis inclinatione atq talentis naturæ sequitur semina quisq suæ. Atq fortuna nativitatis distribuit certam quandam atq communem consvetudinem universis prope modum familiis, hanc sequendo regulam: tertius natû filius, sacris est initiandus ordinibus, atq sacerdos faciendus: desiderium persæpe beneficiorum vocationis vices gerit; exinde tot Ecclesiastici irregulares, et quorum mores pugnant cum disciplina Ecclesiastica.

Non est mihi propositum notare clerum calamo censorio, portio ejus veneranda quæ jugiter subsistit mihi pennam e manibus extorquet maloq recensere virtutes, quam recensere scandala.

At ego affirmo virum ingenuum nunquam eligere debere statum Ecclesiasticum, sive ex sola indulgentia, sive ex imbecillitate, sive ex desiderio mollitiei abundantis, verbo ex quocunq oculorum judicio experiri et cognoscere se ipsum tenetur longo tempore atq timere se adhuc non satis fecisse eidem.

Quantum virtutis, quantum probitatis morum, quantum luminis, quantum perfectionis habetur jus expectandi ab Ecclesiastico, exemplar oportet esse eum omnium quæ docet, oportet vero eundem docere scientiam amplissimam, simplicissimam, atq exquisitissimam Amplissima quoniam complectitur omnia tempora atq omnes homines, simplicissima quoniam non exigit quidquam præter rectitudinem mentis et cordis, exquisitissima deniq quoniam humiliat rationem, opponitur motibus irregularibus naturæ, et condemnat propositiones mundi. Plenum Zeli atq charitatis erga omnes oportet esse impatientem vitiorum atq errorum, oportet adhibere spiritum persvasionis, et reiiciat spiritum persecutionis; esse præterea in statu probe distingvendi limites sacerdotii et imperii, plenum deniq reverentiâ ac obedientiâ in suum Regem, plenum

amoris in Patriam convenit plus possideat hujus quod debet DEO atq Religioni. Sitq postremo jugiter promptus ad litandum illis bona sua atq vitam, non quidem unum vel alterum exponendo inconsiderate, verum per-abdicationem eruditam atq prudentem quæ in circum:stantiis in quibus fit veritati utilis esse queat, ast ma:xime sibi cavere debet, a confusione hujus veritatis cum opinione. Debet separare motus fere imperce:ptibiles amoris proprii a motibus proseletismi rationa:lis, neq respicere debet opus humanum instar operis Divini. Revocare eum oportet in mentem se non-nisi organum esse decisionum Ecclesiasticarum, sine cujus ope haberet infortunium experiendi integram suam scientiam, nihil esse præter illusionem, idemq animus et eadem firmitas quam ipsi commendatam esse volo, degenerarent in pertinatiam reprehendendam atq tanto magis periculo obnoxiam quo magis ~~esse~~ pro virtute haberetur, possetq eum deducere ad falsum martyrium atq fatalem inobedientiam. Prælatus Eccle:siasticus accedens ad sanctum ministerium cum his

præstantissimis

præstantissimis dispositionibus, erit is quem opto pro honore Ecclesiæ et pro utilitate populi, cum omnes istud exemplum sequentur, quod spectaculum pro fidelibus quæ revolutio in cordibus atq ingeniis, si unquam homines sunt sufficienter felices ut videant finem divisionis sectarum, atq in eodem conveniant reunianturq centro, pro certo affirmare ausim miraculum istud futurum, potius opus charitatis, et reformationis morum, quam amaritudinis controversiarum

ARTICULUS 2DUS.

DE QUALITATIBUS ESSENTIALIBUS HOMINIS MILITIAM EXERCENTIS.

Quanto gloriosius est quietem suam, bona, et vitam sacrificare pro defensione Patriæ, tanto sacrificia hæc nobilitatis titulum magis merentur, et quia sublimior pietas exigitur in Ecclesiasticis quam in aliis Christianis ita quoq in viro illustri, nobili et muneri alicui præfecto requiruntur saniores sensus, depuratioresq quam in homine ignobili. Nobiles se se devovent statui militari per gratitudinem, scilicet ex valore suorum antecessorum quod gaudeant his titulis atq idem ipse modus eosdem

illi tuetur et auget, ast haud quaquam sufficit nobilem nasci, ut quisquam fiat bonus militum præfectus, sed comparandæ sunt ejusdem qualitates. Quærendum est præ primis, si animus valet audacia, atq attendendum, ne responsio fuerit formata per violentos motus cordis, cujus fallacia sive mendacium in primo periculo manifestum fit, funestum foret esse victimam hujus æquivoci oraculi, novi animum firmiorem vegetioremq reddendi in occasionibus, ast modus initium faciendi, tanti est ut fere perpetuo dies habeatur, prodie quo judicium publicum inscribitur. Volo igitur juvenis sui notitiam sufficientem habeat ne unquam eum timor subeat, imbecilium naturæ redituum quæ se se conservandi occasione jugiter quærit etiam officio suo idem prohibente; quid porro agendum est ut respondeat rationi vitæ suæ sive arti? Maxime convenit ut assvescat differentibus gradibus frigoris atq caloris, corpus suum tradat exercitiis illud reddentibus firmius, mensarum delicias evitet, mollities primus sit hostis, quem vincat, diversis horis discat petere et deserere lectum, eandem consvetudinem acquirat

in sumendo cibo: consentaneum est singula quæ peri:
clitaturus est belli incommoda, nullam in ipso præferant
speciem novitatis, ut quæ præ primis caveat illos facere
cordis nexus, qui nequeant esse serii nisi causando quos:
dam motus facile cum gloria conciliandos

Quamprimum vir illustri genere natus certior fuerit
harum primarum dispositionum parebit fidelis et regula:
ris disciplinæ, sufficiet dignoscendis per experientiam
singulis diversisq muneribus militaribus junget
his theoriam securam atq remotam a considerationibus
magis eruditis quam definitis atq certis. Objectum ejus
primum erit cognoscendi fortificationes, habendi notitiam
geographiæ, discernet inter ea quæ sunt ingenii et artis
militaris, revolvet legendo res gestas magnorum in re
bellica virorum antiquorum et recentiorum, verum
cum exempla viva altius nobis imprimantur, præscribo
tanquam legem necessariam viro nobili, qui vult in:
cedere in via gloriæ cum distinctione, se ita gerat cum
superioribus in servitio, ut omnes sollicitudinem susci:
piant, viam illi faciliorem reddendi, oportet ut inve
niat rarum arcanum excitandi admirationem, aut

ad minus ejus vivendi ratio atq institutum accuset in oculis sapientum eos, qui tale quid de eo concipere vide: rentur in illud minime incumbat, ut per æmulationem inconsideratam quærat falso distingvi aut incessus temerarios committat fortunæ sive discrimini cujus, sive bonus, sive malus exitus, inutilis est publico. Si illi est honor præesse legioni concordiam tuebitur, servabitq inter cæteros militum præfectos vel eandem curabit restituere, si non sibi sacrificabit inclinationes suas personales bono servitii, atq existimatio ejus se: quetur gradum meriti. In omnibus ad disciplinam mi: litarem spectantibus firmiter et sine arrogatione aget et amœnitas sui characteris resarciet in occasionibus consvetis, quidquid exigit severitas regulæ, ratio ejus vivendi erit nobilis, impensa cum generositate disposita sine profusione. Curabit esse utilitati illis qui a se præsidium consiliumve petierunt. supponendum erit merito de injustitia mundi, si ex tali vitæ ratione exitu careat prospero, verum multum abest ut idem suppo

nam de honore humanitatis.

Ubi consecutus fuerit gradum Præfecti generalis militum, attentio et cognitio ejus extendenda sunt atq ante acquisita cum docebunt, adhuc acquirenda atq per constantem successionem applicationes et labores intelliget /: siquodam eventu amor sui ipsius habet unde sibi applaudat :/ sibi superesse complures causas cum temeritate non agendi neq committendi unquam fortunæ gloriam sui principis, neq negotia status, neq deniq propriam existimationem. Ipse temerarius forem si mihi proponerem informationem qualitatum præfecti generalis hic recensere sive præscribere. Opinor eas non alibi quam in illis ipsis optime relucere, habendamq esse notiam virtutis heroicæ ut bene videantur. Exindeq esse quod præstare dignati sunt ut iisdem assimilemur.

ARTICULUS 3TIUS.

DE QUALITATIBUS VIRI STATUS.

Proprie loquendo nemo per se addicitur ministerio, neq enim istud a voluntate, neq ab electione nostra pendet, judicium est Principis, cui appellationem nostri debemus omnia quæ a nobis dependent est anterior nostra vivendi ratio, atq modus quo replevimus diversa munera, sive officiorum nostrorum partes quæ faciunt sequi hanc viam, et quæ per gradus nos ducunt, ad gloriosa officia, quærendi juvamen Principi in negotiis status majoris momenti. Homo natus ingenio præstantissimo cujus ingenii acumen æque solidum, perspicit atq advertit jura subtilissima quæ determinant incessus atq consilia aularum, vir qui per suam propensionem naturalem confirmatam desiderio utilitatem præstandi Patriæ, vires ingenii sui cognoscendis negotiis Principum impendit, et distinguit singula quæ illis debentur jure legitimo, et reali ab illis quæ non nisi veri similitudinem habent, et quæ solum consiliis adulatorum defenduntur nimium sibi confidentibus.

Homo cujus amplissimum ingenium ut ita loquar universos contuetur status, velletque constitutionem illius in cujus potestate continetur eam esse, ut illius gloria atque prosperitas communicari queat universis, aut nimirum qui dolore commoveretur atque ægerrime ferret Patriam suam nisi per excidium et infortunium aliorum felicem esse. Homo capax moderandi motus minimorum Regum et subditorum, seque omnibus subdendi circumstantiis et modis, sibi semper constando, seu fidem fidelitatis servando, homo qui per nobilitatem atque integritatem suarum opinionum, nullam sibi metueret divinationem, qui tamen omni uteretur sagacitate necessaria ad legendum in aliis consilia optime expensa. Homo qui omnibus his virtutibus atque facultatibus jungeret legitimam æmulationem, his utendi potius quam ambitionem occupandi, homo hujusmodi mihi videretur aptissimus muneribus venerandis

ministerii

Assequeretur infallibiliter usu omnes qualitates secundi ordinis, haberet notitiam tractandi ingenia aviditatem aulicorum, atq sollicitudines mulierum ad propriam utilitatem relatas, resisteret cupiditati falsorum rei aerariæ administratorum. Subduceret se insulsis adulationibus, cognosceret pretium temporis, perciperet se debere singula sua momenta officio suo, et ponendo basim politicæ ex honore, et justitia, conciliaret statui cujus ille minister foret tantam famam, ut populi vicini sub regimine suorum Principum, sollicite in id incumberent, ut eidem affinitate conjungi possent. Et quemadmodum supponendum est exploratas haberet vires atq jus æquum status, omnem suam attentionem in eo collocaret ut in æquilibrio semper sustinerentur. Non mihi hic sermo est de suo neglectu propriorum commodorum non de amore justitiæ, non de sacrificio suorum affe-

ctionum animi

ctionum animi particularium, non de sua voluntatis inclinatione ad obligandum non de suo modesto corporis habitu et urbanitate erga majores, affabilitate erga parvulos, et reverentia erga Principes. Hæ sunt virtutes maxime propriæ omnibus locis et partibus quæ hominem publicum reddunt, atq ista sunt lineamenta criterium eorum qui se ministerio idoneos credunt.

ARTICULUS 4TUS.

DE QUALITATIBUS MAGISTRATUS.

Administratio justitiæ distributivæ est una pulcherrimarum portionum Principatus, hæc est quæ decidit de bono vitæ, atq honore subditorum, tuetur hæc tranquillitatem, hæc coercet crimen, eidem pœnas infligendo, felicior quando idem prævertere potest. Omnia suo loco restituit, sustinet atq instaurat ordinem, moderatur aut supprimit effectum animi, motuum est deniq anima societatis, vel ut verius dicam sub vexillo justitiæ societates sedem suam fixere, ibiq perennant, atq harum subsistendi potentia soli vi legum illius tribuitur.

Amplitudo, jura, atq prærogativæ justitiæ inci:
piunt explicare prima rudimenta quæ unicuiq conve:
niunt qui sibi dignitatem magistratus pollicetur lumi:
na acquisita cum proposito constanti talia augendi.
Unicus propriorum in quiete tutissima omnium affe:
ctionum urbanitas temperata, specie decori, quæ neq est
gravitas quæsita, neq insulsa morum elegantia, ingenua
loquendi libertas de regularitate morum, de circumspe:
ctione in colloquiis, de puritate animorum, de magnani:
mitate etiam ipsius virtutis heroicæ, in occasionibus
ejus partem absolvunt. Oportet, ut magistratus sibi
dicat: non amplius meus sed Patriæ integer sum, cor
meum, judicium meum, occupationes meæ, lumen
meum atq tempus meum, publicæ utilitatis, nihil
mihi negligendum est eorum quæ me veritatem docere
possent. Novi pondus mei suffragii, opinio mea
inclinare potest libram, ad falsum et iniquum, quan:
ta igitur mihi, quanta igitur adhibenda mihi cura est,
hujus infortunii evitandi causa, et pro hocce evitando

quantum est discendum, quanta scientia possidenda, pro discernenda veritate quam tot viri industrii atq usu rerum gerendarum peritissimi rationem habentes ipsi occultandi. Quot coloribus pulcherrimis cura suscipitur exornandi mendacium atq errorem ad eum percellendum. Quanta penetratio, quanta legum cognitio, quanta praecisio, quanta in rebus componendis et partibus aptitudo et dexteritas ipsi impendenda, ut se defendat adversus subtilitatem sophismatum quorum obsidione ratio sua persaepe tenetur. Admiratione animum defigit felicitas, ne dicam levitas, cum qua tot juvenes cerno ad magistratum accedere neq minus admirer modicam applicationem atq scientiam qua praeceperunt istud consilium. Verum ab admiratione cesso ubi audio querelas moveri de modo quo replent officia sua exemplis magnis haud destituuntur, et si mihi permitteretur derogare legi mihi a me ipso imposita nulla laude celebrandi neq vituperandi quemquam, recenserem exempla eorum quorum nomina posteritati tradentur cum eodem

splendore, cumque Ciceronis, Hortensii et Catonis, ad nostra usq pertigere tempora

ARTICULUS 5TUS.

DE DISPOSITIONIBUS CORDIS, ATQUE DOTIBUS ANIMI, QUAS POSSIDERE TENETUR, ILLE QUI SE COMMERCIO DEDIT.

Si judicaretur de diversitate negotiorum vitæ civilis post primas nationes naturæ, sicq affectiones animi non obligarent homines ad præstandam quandam honoris notam sive potioritatem iis qui se natos volunt coercendæ suæ violentiæ continendis desideriis suis inordinatis atq iisdem sustinendis, sive deniq reducendis ad statum quem exigit tranquillitas publica, ignoro si commercio addicti non maxime æstimandi forent. Non intelligo illud commercium particulare quod intra limites cujuslibet gentis exercetur quamvis necessarium atq sufficiens bonis honestis, nequit tamen esse objectum horum sublimium ingeniorum de quibus hic sermo instituitur qui non impediuntur in suis consiliis præterquam per concinnitatem suorum calculorum. Sunt instar Angelorum tutelarium.

Imperiorum atq Provinciæ, secundi ordinis, quos divinitas facit nasci ad eam exhibendam, distantia locorum, immensitas marium, differentia linguarum, atq morum, intemperies climatum, violentia ventorum, frequentia naufragiorum, nihil resistit forti inclinationi quam illi habent ad procurandam abundantiam, et multiplicandam fortunam. Naturæ Ministrorum verum invita fœcunditate quam sibi Author illius, sub specie matrimonii impertitus est, thesauri ejus sunt dispersi, ita ut Regnum unum abundet iis quæ deficiunt alteri. Prudens hæc atq admiranda distributio, principium est communicandi cum omnibus populis, quod factum est eorum unionis causa, si homo eodem uti noverit. Idea hæc negotiatoris, facit percipere genus dotum quibus opus habet, impossibile fere est in theoria exponere prudentiam suorum inceptorum atq eorum justam conjunctionem, multitudinem objectorum, suæ fidelitatem applicationis in procurandis negotiis, inter absentes exactitudinem, et vigilantiam suorum mandatorum: illi imperium est ut ita dicam, in singulis mundi partibus, fiduciaq apud gentes comparata, in authoritatem degenerat, dulcem, jucundam,

atq utilem, cui obedire honori ducitur, species hæc quidam est Principis, quam diu virtus atq authoritas ejus subsistit.

Pauci sunt homines in quovis statu capaces horum sublimium consiliorum, at multi sunt ordinis subordinati, qui et si ita elevata mente non polleant peripsum principium negotiis sui particularis, utiles tamen sunt utilitati publicæ pro parte in commune conferendo. Probitas, justitia, ordo, rei familiaris administratio, modestia, sunt qualitates ipsis illis maximè propriæ ad promerendam sibi æstimationem, apud suos concives, etiam illo tempore quo fortuna eorum resplendet, ad invidiam aliorum. Prudentia eorum qui suas divitias augent, consistit in usu suorum bonorum, cum moderatione, evitandus est illis quidam fastus, qui continuo afflictioni est infelici, et causa rebellionis in Nobilibus. Vanitas, et ejus exteriores effectus, nunquam ita loco suo sunt demoti, ut in hominibus inferioris conditionis, et notæ communis, hæc est origo omnium ridiculorum, et per sæpe magnorum infortuniorum, contra, homo simplex, et rectus, potest comparare omni procul periculo modis licitis bona insignia, iisq frui ita, ut posteri sui

honorem consequantur. Incrementum capitur, etiam cum facilitate per successionem temporum, quod origo horum sive illorum cognitionem mereatur, in omni casu minime hic a judicio aberrari potest, nam cui virtus basis est, omnibus titulis dignum censeo.

ARTICULUS 6TUS.

DE QUALITATIBUS REI ÆRARIÆ ADMINISTRATORIS.

Judicium populorum antiquo quodam prejudicio praeoccupatur contra rei ærariæ administratores, lubenter sibi persvasum habent, reditus qui debentur impensis status majorem partem inservire procurandis opibus, quæ subinde repente fieri videntur. Exinde interna eorum modestia, eorum odium, eorum invidia, eorum occultæ querelæ, atque denique modica sollicitudo, contribuendi necessitatibus publicis, inquiramus diligenti examine nulla praeconcepta opinione si querelæ eorum justæ sunt, aut si id potius non debeatur falsæ opinioni. Quid quæso est rei ærariæ administrator? homo est ille qui lumen suum et sagacitatem direxit ad cognitionem multum aridam, per se ipsam tamen verum pernecessariam. Verum quemadmodum

judicium est ferendum de rebus secundum ordinem et naturam, quam in mundo possident, fatendum est genus istud scientiæ, nimia procul rationis cognitione non attrahere eandem considerationem, verum complures alias parum utiles. Excipio hinc summos rei ærariæ Præfectos, quibus magna lumina quæ effundunt super objecto sui muneris erunt in pretio atque attentione, non secus ac maxime propria, felicitati populorum, et gloriæ Principis. Ast in dubium est, et omni controversia absolutum, in summo rei ærariæ Præfecto, quare idem destinet esse verum in membris secundum proportionem utilitatis eorum, atque usus legitimi quem faciunt ex suis facultatibus in homine ad contribuendos, et faciliores reddendos modos efficaces Patriæ ferendi levamen.
Prudentis igitur est amovere ab animo suo hanc iniquam atque injustam opinionem adversus rei ærariæ administratores, illis honorem exhibeat tanto majorem, quanto magis alibi inquit clarissimus de la Motte videntur immolare propriam gloriam utilitati publicæ. Justum est ut in suis laboribus reperiant emolumentum

sufficiens

sufficiens resarciendis illis commodis quibus renunciarunt.
Non ignoro in hoc officiorum genere posse dari abusum, verum quid est vitae, quod officii genus, quod eo careat. Supponamus rei aerariae administratorem esse indolis justae, et recti cordis, habereque exactam notitiam legum Principis, necnon in administratione suae conductionis, summa puritate gaudere, totamque suam curam adhibere in amovendis perturbationibus. In puniendis culpae consciis, sive Regis, dissipandis obscuritatibus faventibus aviditati, denique sese ipsum ab his defendere facereque intervenire ita pulchrum diem in sua manutentione quo fieri poterit imitatio effectuum ab origine sua usque ad thesaurum Regis dico rei aerariae administratorem hujusmodi mereri aestimationem et considerationem publicam. Hic cujus qualitates immediate sunt a me descriptae, exemplo debet esse omnibus, quibus istud vitae genus eligendi animus est, desiderium haud est commenticium exemplorum fundamentis nititur, populus cujus mens praeoccupatur omnia confundit, ejusque inclinatio ad improbandum in praesenti circumstantia raro electos admittit.

ARTICULUS 7MUS.
DE VIRIS LITERATIS.

Apud omnes gentes cultiores datur certus numerus hominum, scientiis atq illi quod dicitur studium doctrinæ, et humanitatis deditorum, atq istud vitæ genus plusquam probatum a Principibus habetur, authoritate et præmiis gaudet per titulos honoris, atq per beneficia æque utilia ac gloriosa. Summorum Principum generositas, se se illis faventem perpetuo exhibuit, et incitamenta æmulationis semper vi erat prædita, summa rei cum esset penes Ministros eruditione conspicuos, et qui gloriam atq utilitatem Domini et Patriæ permoventur.

Verum primo posset quidam civium eorum utilitatem vocare in dubium, ast tum minime judicii sui defensionem faceret, verum quam primum rem deligentius secum evolverit, animumq suum collegerit, brevi ad sensum suum scientias summa cum utilitate influere in quodvis vitæ genus, atq in omnes artes, ita ut academia eruditorumq publici, ex quo jus est universis hauriendi quidquid illis proprium est. Pauci sunt viri summi

qui ut fiant qui erant non senserint necessitatem jungendi contemplationem usui, et supposito talem fuisse aliquem, is species quaedam phaenomeni est, a quo arguendum non est. Cum utilitate Regnorum statuumque est si scientiae in iis sua authoritate donentur. Nec ii qui se scientiis ultro dedunt, tanto majore claritate gaudent, quanto magis contra rationem rei drario administratorum splendorem magnarum opum immolare videntur magni nominis splendorem. Hi differentes cogitandi modi formant societatis harmoniam sustinentque aemulationem necessariam atque utilem, cujus usum prudens ministerium optimum faciet, novi plurimos eorum qui se se literis destinarunt, proprio amore seduci, sibique persvaderi super fide quorumdam speciminum mediocrium quod possint poni ad latus Virgilii vel Ciceronis. Verum judicium publici illis mox tollit velum, quo seducuntur, et ubi illis fortuna contigit conservasse quemdam gradum sapientiae, illud vitae genus subito abjiciunt quod sibi impedimento foret. Verum si resistunt rationi, sibi saepius lumen largienti persistuntque in hoc funesto

errore. Contemptus et inopia, sunt pœna sufficientissima ut illis animi sollicitudinem causet, subinde in utilem si paulo serius factam facias. Est insuper species felicitatis, si sit objectum fortunæ eorum adversæ, neque adjiciat eorum insaniæ amentiam, sibi adjungendi socios suæ miseriæ.

Qui se destinat scientiis atque humanitatis studio, sagacitate, exactitudine, judicio, soliditate atque certo gradu immaginationis præditus esse debet, secundum scientiam cui se dedit. Et ne judicium ejus degeneret in illusionem nosse debet, et discere ex aliis hac in re bene judicandi gnaris, se facultatem hanc profecto possidere. Si que primum specimen ejus, confirmet opinionem istam, plus sibi confidet in futurum, et secundum materiam sibi hauriet ex fontibus, atque accuratius pertractabit argumentum, comparabitque neque diebus parcet in perficiendo suo opere. Severus ipsemet judex erit ubi se se subdiderit bona fide tribunali, quarumdam censurarum illustratarum publico se se exponere poterit. Verumenimvero quemadmodum pene impossibile est bonum opus ab omnibus pro tali haberi, cumque aliunde mentis humanæ debilitas semper quædam desiderata prætermittat censuras expectare cogitur. Quæ si fuerint justæ, exinde utilitatem capit, si falsæ, pudor

censores afficit, ægre fero semper censuram, degenerare in acerbitatem, in mores rusticos atq exinde sæpius ad erudiendum minus accommodatam fieri, sed potius contrariam bonis moribus. Vellem ut cum suscipitur stylus polimicus nemini propositum sit, sive diminuere gloriam authoris sive meritum operis sui impugnare, verum cum summa styli amœnitate errorum suorum certior reddatur, ut minus illi tristitia causetur, sed potius pro honore veritatis sustinendo atq restituendo bono, proq judicio. Quidquid refert vestigium alicujus motus animi, viris honestis improbatum, et ironia quamvis optime condita semper violabit candorem, nisi forte sit potius excitandi attentionem lectoris, quam dolorem authoris animo facta. Necessarium præterea est ut qui se dedit scientiis constanter sequatur propensionem animi sui, atq prædominantem ingenium caveatq sibi a falsa æmulatione excellendi, in multiplici genere modus hic est fere semper certissimus si mediocritas servetur in omnibus, viris ingenii sui dividantur, sinaturq in vapores abire immaginationis fervor. Percipiuntur quidem quædam scintillæ in eorum operibus, verum nullum utilitas consequitur.

illa ut mereatur typo immortalitatis mandari. Plurimas concurrerunt vias, ad terminum utilitatis et jucundi haudquaquam pertingendo quamvis hic sibi proponi debeat.

Nihil est homini literato convenientius quam esse liberum ab his curis molestis, quæ in dies exigunt necessitatem providendi suæ subsistentiæ, procuranda est illi quantum fieri potest mentis suæ libertas, illeque seligendus situs, ut quod corpori suo debetur, mentem minime turbet. Celibatus est illi status maxime conveniens, musæ omnesque quotquot sunt virgines ab invidia haud excipiuntur et modus communis illarum vindictam sumendi, cum nostrum cor dividitur, est diminuendi sua benefacta nostræ inconstantiæ et mentis aberrationibus proportionate. Quando institutum viri literati non suscipitur, tantum ab iis qui sese in eodem distingvere possunt, nunquam damno erit negotiis societatis sumptis materialiter, et patriæ in reliquo restituetur damnum per alias utilitates quas exinde feret

ARTICULUS 8VUS.

DE ALIIS VITÆ INSTITUTIS.

Præter septem vitæ instituta de quibus immediate egi, complura adhuc alia supersunt, nolo mu:

nere magistri cærimoniarum fungi, in assignando eorum officio. Modus meus cogitandi cogit me reverenter habere quosvis summos viros et quocunque genere officii conspicuos, ejusmodi quod qualitatem eximiam, et elevationem mentis exigit, et quemadmodum propositum mihi erat de illis solummodo disputare qui primis dignitatibus sunt polituri laconicam solummodo mentionem dispositionum faciam cordis et animi eorum qui de se causidici aut medici officio addixerunt. Quantum ad singula alia vitæ instituta in quibus nonnisi ad mediocritatem pertingere datur si electa potius sint per vim genii quo ducimur, quales sunt, pictura, musica, et ars sculptoria, nihil de illis proferam quam quod usus harum artium liberalium, quarum exercitium constituit statum multorum civium, sit necessarium in certo gradu omnibus summis viris.

ARTICULUS Ius.
DE SCIENTIA CAUSIDICI DE QUALITATIBUS CORDIS SUI NECNON INGENIO EIUS.

Scientia causidici multis clauditur terminis, omnes materiæ sunt ejus juris, et motus et perturbationes animorum mortalium illi permittunt jus tractandi quidquid sub negotium cadere potest. Estne campus vastior? materiæ ecclesiasticæ, et civiles, negotia publica, commoda Principum, commercium, pecunia, immunitates, privilegia, tituli, jus præcedendi, honoris summa, postremo cuncta quæ postulantur, retinentur aut prohibentur in societate. Constituit objectum suorum laborum suarumque investigationum, cognitio legum, decretorum, consvetudinum antiquarum, et modernarum, historia, jus civile, canonicum, et publicum, pacta, conditio-

nesq pacis, omnia illi perspecta esse debent. Oportet insuper eum per lectionem summorum eloquentiæ Magistrorum callere artem exornandi veritatem, ut eam amabilem atq animos permoventem reddat ut cognosci possit, addo me invito ut se credat obligatione teneri, tangendi et penetrandi cor, cogitandiq quod illuminat mentem per viam judicii. Ignoro hunc modum difficillime mihi istud persvasum habeo, quoniam exigitur ab illis ut amoveant præstigia oratoris seducentis et commoventis, tanquam arcanum indagandi veritatem quæ suum semper est objectum, hæc levis adumbratio annuntiat talenta, qualitates, vastamq eruditionem quibus pollere debet causidicus. Quanta penetratio! quanta aptitudo! quanta vivacitas! conceptionis! quanta sagacitas! quanta elocutio! perarduum est singulas harum rerum per meam imaginationem colligere, quomodo ille realiter, easdem colligere poterit, nihil tamen facilius obtentu quam titulus causidici, verum dicam lubens quod Fontana dixit de amicis

Nihil communius nomine

Nihil rarius re ipsa

Si mihi liberius latiusq de qualitatibus animi atq opinionibus dicere persvasum haberem phænomenum multo majorem admirationem excitaret; advocatus debet esse exemplar neglectus propriorum commodorum amor veritatis, triumphus justitiæ, levamen oppressorum, debent esse principium suæ æmulationis. Armatus authoritate legum, existimatio tituli magni partium adversarum suæ non ei debent imponere, et quanto magis pars quam tuetur est

humilis

humilis per necessitatem vel per indigentiam, tanto magis utilitas, quam ipsi præparat animum ejus augere debet, amor suæ existimationis et splendor quæ ipsi pares præstant triumphos, sufficiunt inspirandi ejusmodi opinionibus. Verum causidico pugnandum est sæpius cum adversariis multo magis intimis, consequenter magis timendis, debet veritati sacrificium suorum amicorum, sacrificium sanguinis et civis, nemo hominum sibi est aligenigena. Ille debetur suæ causæ, juribus suæ partis, innocentiæ omnesque omissiones quas committit, modique quibus non utitur per defectum cognitionis quas poterat acquisivisse, eum reddunt delinquentem adversus societatem, dicta et facta per quæ cognosci debet causidicus debent naturaliter metum incutere iis quibus inest pudor Debet adhuc animum suum asvescere argutiis dialecticis ut melius percipiat sophismata, sive fallaces argumentationes sui adversarii, postremo debet se gerere in foro ut miles in exercitu ubi animus deficit, jungenda adhuc est ars huic reddendi cum noxium inimico, proposita sua irrita faciendo.

ARTICULUS 10MUS.
DE QUALITATIBUS MEDICI.

Nihil videretur magis in natura positum, quam ut sint in mundo homines naturæ arcanorum satis gnari, qui possent reparare subito, quidquid valetudinem corporis humani turbat sustinereque sanitatem suorum æqualium in æqualitate virium et frigoris usque ad terminum fatalem. Verum quemadmodum

nullus est dubio locus existentiam horum prodigiosorum hominum non fuisse in decretis humanitatis tantum ut miraculum, habemus in defectu eorum eos qui vocantur medici. Multa sunt colorum commissura exemplaris in tabula pingendo translata Verum contra hæc credo ultimos hos producere pene eundem effectum quo ad principale.

Mors omnium hominum decretum est irrevocabile, circulus annorum eorum amplior vel angustior est, ast hæc inæqualitas nunquam certis excedit terminis, spatium unius seculi illis infinitum videtur. Et quemadmodum novissimus eorum dies illos fugit, immaginationem suam faciunt percurrere, multitudinem idearum et consiliorum quæ illis includunt, super rapiditate temporis, morbus supervenit, medicus vocatur, quid ille præscribit? remedia quorum ipsemet quandoq expectat effectum, experturus si conducant, experientia decernit in rectitudine applicationis eorum. Infirmus sanatur, aut moritur, medicus laudatur, aut condemnatur, ecce usum. Supponamus pro instanti medicos esse de genere istorum hominum prodigiosorum, qui naturam optime perspectam habent, non curarent nisi morbos lethales. Nostri medici idem præstant, sola differentia quæ esset inter eos, est in suppositione quod cognoscerent bene naturam describerentq subito causam et effectus morbi, et si tenerentur explicare mentem

suam relative ad eorum notitiam concluderent perpetuo evi:
denter moriendum esse quoties istud evenerit remediaq inutili:
ter quæri. Credo quod amittendo spem quæ nos ad sepulchrum
usq comitatur, ammitteremus fidelissimum atq charissimum
nostrorum consolatorum. Sinamus igitur omnia in eodem
in quo sunt statu, sitq nobis persvasum omnia ad melius
tendere, atq ordinata esse. In hoc situ quid sit medicus? quam
opinionem prudens de eo habere debet? et quales publico jus
est qualitates ab eo exigendi?.

Idea simplicissima quæ formari potest de medico est ho:
minis qui per studium naturæ, et experientiam comparavit
sibi nomen opem ferendi doloribus tollendi aut saltem minu:
endi causam morborum, itemq ad tranquillitatem componen:
di tempestates quæ in œconomia animali suboriuntur.
Hæc idea ita simplex, tantum exigit cogitationis et successu
temporis cognitum sit eundem hominem non posse eandem
comparare in gradu perfectionis necessariæ propter utilitatem pu:
blicam. Hinc medicina divisa est in tria disciplinarum genera ordina:
ta ad eundem finem.

Medico ab ineunte institutione jungendæ erant in se quali:
tates, talenta, atq cognitiones, triplicis disciplinæ medicæ generis.
Erantne protunc peritiores? Suntne minus tales divisione factâ?
lumina suntne majora? experientiæ est respondere. Credo post eam

decidi posse quemdam in anatomia progressum factum esse, et in arte secandi membra periculosa ad servandum extirpandi calculos, restituendi luxationes, atq in aliis operationibus chirurgicis; sed quod attinet ad causam intrinsecam horum morborum subitorum, qui diversis anni temporibus depopulantur genus humanum, nescio an illi quorum maxime interest, nobis demonstrare hac super re inventa, sunt in statu id faciendi coram perspicacibus et argutis viris. Hæc est adæquate ea portio critica, quam sibi reservarunt ii, qui hodie medicorum nomine donantur. Susceperunt tuendum atq profitendum illud quod parum evidens et minus certum est: dicięq posset medicinam incipere ubi chirurgia desinit, idest viam iniri nocte imminente, non igitur lacessendi sunt medici neq de illis conquerendum, si errant, non solum illis natura est occulta, verum nec sua obscuritate habituali contenta est, utitur præterea sæpe simulationibus, ut eos fugiat, subinde tamen eidem fiunt obvii, eamq occupant, non desinunt notare in quibus circumstantiis quove modo hac in re sese gesserunt usiq sunt, atq hoc conducit, regitq successores, ecce originem optimorum librorum, quoniam pro illis quibus tantum immaginatio authorum suorum suffragatur tantummodo sunt systemata, aut fabulosa heroicorum facinorum narratio, cujus verisimilitudo, atq jucunditas styli in casu simili damnum veritatis minime

resarciunt. Hi ergo Domini bene agunt omnium eorum notitiam sibi comparando, quæ antecessores sui discendo cognoverunt, suasque illis adjiciendo considerationes, semper in analogia experientiæ, verum quod mihi admirationem parit, est quod habeant ipsimet atque legibus obstantibus rivales illegitimos in eodem hipodromo, ubi errores funestissimi sunt societati. Atque ita amor privati commodi prævalet bono publico. Quot victimæ sunt sacrificatæ huic desiderio acquirendi, quas modo homo audet sine jure, et titulo solus suscipere eventum tanti momenti, quanti est eventus vitæ et mortis alterius. Quoniam imbecillitas ingenii humani, voluit dividi unam eandemque artem intres, libenter mihi persvasum habeo, quamlibet munere suo contineri, nullamque esse satis inconsideratam, pro jungendis talentis recognitis, cum summa difficultate in usu id quod diceret, ut tribuat authoritatem simili violationi, tantummodo illi magis reddendæ reæ prodesset. Posset quidem demonstrare incertitudinem medicinæ erroresque medici, verum exinde audacia sua magis adhuc reprehenderetur, si hinc inferre vellet se jus sibi arrogare posse se exponendi iisdem diebus dareque locum disputandi contra eam a minori ad pejus.

Dissensio medicorum atque chirurgorum frangere debet animum honestorum virorum, atque istud est novum cruciatus genus pro infirmis, nihilque est atrocius scenis, quas causat

dicta dispensio neque esset nimium imo sæpius insufficiens
univi totam scientiam totamque experientiam facultatis Sanctique Comi
pro restituenda sanitate personæ alternatim a medico ad Chirurgum
missa atque ab hoc ad medicum, et postremo remissam ab utroque ad cu:
ratum parochiæ

Quantumvis parum fiduciæ in medicina pono, infirmus
tamen nihil melius agere potest, quam confugiendo ad medicos, quan:
doque illis bene succedit, seu subinde rem tangunt juste conjiciendo.
Norunt illi juvare naturam aut eandem morari si malum non sit
admodum premens quoad ei placeat se restituere pristino statui. Illi ani:
mum excitant, spem nutriunt, et pollent ingenio. Major pars chirurgo:
rum nihil horum præstat character decretorius parumque blandus qui
eos comitatur prudentissime in eorum operationibus, eos etiam comi:
tatur, cum fiducia infirmi cogit medicinam parare. Illi febrim
vellent tollere quemadmodum secando tollitur brachium, hæc species duri:
tia est pro tunc loco mota sive perturbata, et quemadmodum sæpius du:
plicem rationem habent incedendi in regione obscuritatis, eorum primi
passus raro tuto loco collocantur, atque ab illis sæpe omnia dependent,
non semper illis absentibus libere tutoque retrocedi, sistique potest, medi:
cus cognoscit rectius periculum, estque circumspectior. Ast quidquid
postremo dicatur de his atque illis, imbecillitas naturæ humanæ nos

reddent jugiter eorum tributarios. Medicus doctus et prudens, alienus ab eo ut capiat utilitatem ex necessitate ad se confugiendi, recognoscit modicam extensionem luminis sui nihilq eorum negligit, quæ eandem augere possent, jungit studium, reflexionesq experientiæ. Præscribit minus per certitudinem, quam per necessitatem; gaudium capit ex eventibus prosperis, postquam forte tremuerit suorum præscriptorum causa, cum est compatiens, studiosus, patiens, attentus, misericors, consulit suos socios, postremo omnia faciem suis infirmis quæ sibi fieri vellet in simili casu, ecce omnia quæ ratio, et justitia exigere possunt a medico. Providentia decidit de reliquo.

Diversæ considerationis admonitionumq species, quas hic immediate sub aspectum viri honesti posui, qui mundum contueri incipit, estq dispositus ad prosequendam metam honoris, utilem se præstando societati, æqualior ad id, ut cognoscat officia illius vitæ generis, sive in artibus, sive in scientiis positi quod elegerit, atq judicium maturum ferat de modo quo alia vitæ genera absolvuntur. Hæc duplex utilitas, est omnino in re posita, atq summopere necessaria, ad se bene gerendum, atq ad id ut sciatur mensura graduum suæ observantiæ, suæ gratitudinis et existimationis, quoniam hæ opiniones, ut sint legitimæ semper ordiri debent in judicio potius, quam in simplici cordis benevolentia. Sermonem haud instituo de offi:

ciis externis, quæ ordinantur locorum, nonvero hominum a quibus occupantur, habitu ratione, spero virum honestum cui loquor, in electione sua conciliaturum suam cognitionem, suumq sensum cum illis quas suæ nativitati debet, ubi hæc electio facta fuerit et postquam specimina quædam dederit, probaveritq se nullius illusionis sibi causam fuisse. Credo istud esse verum temporis instans eligendi mulierem

ARTICULUS XIIIMUS
DE ELECTIONE MULIERIS.

Si ducere uxorem haud aliud foret in societate quam cedere impressionibus naturæ, certum est quod tunc tantummodo propria atq prima desideria uniuscuiusq consulenda forent, neq ita multis opus foret considerationibus ad decernendum in animo suo unum aliquid hac in re, verum hæc unio etiam non spectata ut ordo civilis omnimodam a nobis exigit pru-dentiam. Illa est a qua sæpius sors nostra pendet, nostra quies, nostra felicitas, honor noster, atq nostrorum liberorum: omnia tamen hæc incitamenta resistere nequeunt quibusdam illecebris seductricibus, et quæ ita penetrant cor ut causent eclipsim tota-lem in lumine rationis, exinde tot querelæ tardæ, tot remorsus inutiles, tot separationes exempli perniciosi, et quandoq crimi-na, postremo omnes perturbationes funestissimæ.

Homo itaq prudens nunquam nimia præcautione uti

potest cum vita

potest cum vitæ sociam eligit, et quamvis gratiæ exteriores merean:
tur quasdam clientelas, non tamen in electionem nostram influere
debent, nisi quatenus non excludunt alias perfectiones ma:
joris momenti, et diuturniores. Ingenium et cor mulieris
debent facere unionem ita exquisitam, convenientemq, ut unum
alterius impensis, splendorem non quærat, in eo enim consi:
stit candor et ingenuitas, character illius judicii debet esse
sublimis, atq præclarus sine superbia, cor nobile, et compa:
tiens, sine imbecilitate, intellectus illuminatus, sine affe:
ctatione illius scientiæ. Cor suum debet esse rectum per natu:
ram, et perfectum per educationem. Oportet eam amare
decentiam in vestimentis suis secundum exigentiam, odio de:
bet habere fastum, eligi debet ex familia virtuosa, atq istud
est semper optimum præjudicium; impensas domus illius
oportet esse tales ut non possent purioribus manibus committi,
sitq ordo et æquitas principium hujus, itemq honor mariti
sui objectum immediatum omnium suarum actionum, chara:
cter ejus sit suavis, indulgens sufficiente generositate sit præ:
dita, ad sufferendas quasvis levitates mariti sui, potissimum
si sit certa de existimatione, atq teneritudine animi ejus.
Plenam rationem habeat omnium honestorum virorum qui ami:

citia aut negotiis conjuncti sunt cum domo in quam est assum=
pta circumspecta sit atq modesta in suis elocutionibus, ut evitet simi=
litudinem cum viris se se parum modeste gerendi, marito suo ultro
offerat voluntatem sequendi quosdam modos ex quo perceperit eum
tales moleste ferre quamvis suspicari possit hunc usurum esse
indulgentia, ut serio de illis non conqueratur. Postremo sit benigna
præstans sua obsequia jucunda, sit moderata in suis voluptati=
bus, prudens in occupationibus, operam det rebus cum dignita=
te, evitet præ primis illos eventus, qui quantumvis simplicissi=
mi sint, initio obnoxii tantum sunt malignitati interpretum

Audeo affirmare mulierem qualitatibus præditis orna=
tam certam esse sui fati et nisi supponatur mortalium insul=
sissimus illiusq fore, ut optimum maritum sese illi exhibeat,
istud præterea fulcrum est illi jucunditati, si possideat talentum
aliquod jucundum, ut musicam, verum optandum est ne quidquam
apud eam degeneret in commotionem animi. Non nimis curio=
sus forem ut sufficiente judicio cognitione polleat, in hac si=
gnificatione, ut potiatur titulo doctæ, ita ut apud se quandam
tribunalis litterarii speciem constituat, unde sæpius profi=
ciscerentur decisiones sæpe pretiosæ, aut periculosæ et per
similia tribunalia oppugnata, quantumcunq id admirationis
habeat, ponit mulierem mundi in hipodromo, in quo cum

difficultate evitatur ridiculum. Exemplum quarundam immu:
nitate, seu jure peculiari gaudentium quæ per potestatem
particularem felices habuere successus omni procul inconvenien:
tia, consequentiæ locus haud esse potest neque me opinionem
meam revocare cogit.

Objectum principale mulieris, est amari, et æstimari
a suo marito, quando inconstantia, et judicii sui tenuitas eum
faciunt variari in suis inclinationibus atque opinionibus,
mulierem ratione præditam, oportet inducere, publicum ad
cogitandum diverso modo serius, aut citius, hominem tæ:
det omnibus contradicere. Adjiciam adhuc hominem pru:
dentem, per prædilectionem fœdus conforme naturæ, sui
status, suique nominis, secundum quod educatio ejus sublimi:
or, aut inferior est, item officio et conditioni suæ congruenter
anteponenda sunt; personæ quibus cum nostri mores pluri:
mum similitudinis habere debent, citius unus homo ad modum
alterius componitur. Inæqualitas characterum facit dispo:
nos tonos residui, non se exponendo athuc illi quæ formatur
per inæqualitatem educationis. Effigiem quam immediate exhi:
bui, concepi esse mulieris raræ, ast nullatenus mulieris quæ
non exstat. Exemplum ita pulchrum meretur profecto diligen:
ter adspici, tentemus pingere honestum virum qui mereatur

similem invenire mulierem. Optarem præ primis ne vir impenso amore feratur, erga suam mulierem, quemadmodum omnia nimis intensa raro admodum in eodem gradu persistunt, magis probatam habeo tenenitudinem animi successivam, et quæ augetur per cognitionem qualitatum, quam ardorem prematurum. Vellem existimationem et fiduciam esse basim opinionum, non hic agitur de unionibus illicitis, et pernitiosi exempli, quæ originem suam debent perturbationibus cordis, hæc est societas veneranda, et formata per concentum, aut potius consensum Religionis, aut rationis, virtutes necessario in ea inveniri debent. Vir honestus qui cognoscet pretium ejus quod possidet, evitabit summa cum cura, omnia quæ illum in conspectu suo minorem sive ipsi sibi despectiorem reddere possit, intentus ad capiendum lucrum, ex quibusdam circumstantiis quæ probare possent mulieri quantum sibi sit chara, evitabit levissimas etiam occasiones eam contristandi, quinimo si infortunium quoddam experiatur, sive quandam offensam, aut mutationem in sua fortuna, vultu ad tristitiam minime composito certiorem faciet se gaudio quod e sua societate capit tantum affici, ut minime mœrori cedat animus,

secus, etsi tædio sit obnoxius id non eveniat nisi per influ:
xum propriorum infortuniorum, in persona cum qua nonnisi
prospera queq et lætitiam partiri vellet; si mulier ex
parte sua aliquod experitur accidens, habeatq causam do:
lendi, sedulo in id incumbet ut eam consoletur, doloremq
mitiorem reddat, postremo istud erit commertium tener:
rimum societasq ærumnarum, et gaudiorum, pro differen:
tibus vitæ circumstantiis, hæc divisio æqualis augebit, gau:
dia, atq onus mæroris, animi, levius reddet, quemadmo:
dum mulier quam supposui, dare nequit vera incitamen:
ta zelotypiæ, viro talem de ea haud formabit. Verum
quemadmodum multi existunt satis infelices, qui inique
motibus hujus vitii se se dedunt, consultum illis habere
volo, ut illis moderate et diserte utantur, paucæ existunt
fæminæ quæ in simili casu non offendantur levissima
suspicione, et maritus qui ex se eam mulierem suam intelli:
gere facit, præbet argumentum diminutæ suæ fiduciæ, se
ipsum aliquanda gradu dejicit, admittendo possibilitatem
quod possit cessare mulieri ratione præditæ placere. Præ:
terire volo certos motus mollitiei, qui contribuunt ad persva:
dendum mulieri suæ, quod omnem felicitatem suam eiq sese

dedat, cum tanto majore voluptate, quanto certior est se ean=
dem cum nemine divisurum. Estne adhuc necessarium, ut faciat
apparere justo sæpius has opiniones, quarum repetitio fieret
suspecta, tantumq prodesset, producendis quibusdam labiis in
mente mulieris perspicacis fatendumq est in dandis judiciis
mulieres validiores esse atq majore sagacitate pollere. Confido
virum ita delicatum haud fore injustum ut mulierem suam ex=
ponat suspicionibus, relative ad se his quas paratus esset forma=
re super levissima similitudine. Quamvis haud ignorem diffe=
rentiam, quam usus mundi legesq civiles posuerunt inter erro=
res mulieris, et viri, non video in jure naturali, et adhuc minus
in lege Evangelica, infidelitates illi magis permitti quam mu=
lieri suæ. Omnia contraria observo, verum nimium dico
et character personarum quas mihi depingendi erat animus,
ipsimet mihi hance ideam turbatam haud permittit. Si
maritus de quo mihi sermo est nocens esse potest, illud
maxime ex quadam inconsideratione provenit, mulieres
eximia sensatione pollent, neq unquam causandus est illis mo=
tus injucundus cujus consideratio possit offendere virtutem
earum, vel labem inferre suo proprio amori.

De matrimonio hucusq sermonem institui, tanquam

de unione jucundissima societatis cum formata esset sub felicibus auspiciis, verum hæc longe sublimiores virtutes exigit atq attentiones multo nobiliores, quando spectatur ut elevata ad dignitatem Sacramenti. Per calamos deditos tractandis convenienter his officiis relativis, mihi licet esse temerarium in hoc capite magisq hac in re appello ~~zdraen~~, lumina atq doctrinam eorum desumpta ex authoritate sacra quam experientiam quam mihi mundus dare potuit, contineo me in eo quod attinet ad virum honestum, in opinione quam de eo habeo, hæc est necessitas sese talem præstandi, ut adimpleantur omnia officia societatis, Christianismus perficit opus.

ARTICULUS 12MUS.
DE AMICITIA.

Amicitia est omnium animi studiorum suavissima summaq adulatrix, hæc est perturbatio animi quæ non habet tantum gradus caloris, quo opus est, ad tantam satisfactionem, sine emotione et alteratione animi, illa est comparate ad nostros sensus instar fluminis tranquilli, quod per media pratorum defluit; agitatio neq per impetum animi, neq per furorem fit, si quando infortunium aliquod sive casus adversus accidit nostro amico, illum cum eo dividimus, dolor quem sentimus, tri:

stitia non desperatio est: ast si emolumentum fortunæ aut honoris experiatur, ejus lætitiam sine excessu, et sine animi impotentia percipimus. Nihil magis est in natura positum magisque legitimum, quam desiderium inveniendi in mundo aliquem honestum hominem, cujus qualitates ita cum nostris consentiant, ut inclinatio qua in felicitatem ferimur, nos inducat ad ineundam cum illo unionem quæ deinde per virtutem solidior fiat. Adversus afflictiones quæ subinde præparantur per similia studia, non habeo vim eam disvadendi viro cujus animus formatus est ex lumine quod convenit probandæ alius jucunditati amicitiæ, verum quod ab illo exigo, ut id ut suo cordi diffidat utaturque prudentia, et ratione, priusquam se illi tradat. Scio primas impressiones esse vehementes, atque independentes ab omni reflexione, istud est plane contra oppugnationes subitas, quas sustinet facies hominis quæ placet, species quæ seducit, cujus attentionem ego habere cupio. Addo viam quoque judicii quam commodo, illi posse illudere, nam opinio jam ante inita stabilitaque est, tuncque amor proprius indulgentior fit cum nobis.

Optandum igitur esset ut hi primi motus habeant tempus defervescendi, priusquam aliquid statuatur, ast suppono postremo, omnes cautiones præcessisse electionem, hominemque quem consulo re ipsa reperisse, illud quod optandum est

in amico, dicere volo personam, cujus probitatem, candorem, prudentiam, fidelitatem, æqualitatem, neglectum propriorum commodorum comitentur gratiæ urbanitatis; sequitur exinde ut quemadmodum amicitia est commercium, opinionum atque actionum honestarum adferat ex parte sua easdem qualitates, audeo prædicere amicitiam inter homines hujus caracteris, neque inconstantiæ animi, neque perfidiæ, quæ in pluribus conjunctionibus observantur esse succumbendam. Consensus ingeniorum atque animorum super præcipuis vitæ civilis officiis firmiorem in dies reddet inclinationem naturalem quæ se eas quærere facit et diversitas opinionum suarum, cum nequeat tantum super res simplicis occupationis cadere, quæ in nihilo virtuti subsunt, multumque distans ab eo ut eas dividere possit, tantummodo eorum commercio, validiori atque jucundiori reddendo sufficiet. Non hic depingam jucunditatem amicitiæ, neque opiniones mutuas, quæ animæ ejus vices sustinent; Cicero illud præstitit cum ea amænitate eloquente, quæ sibi erat propria, et quæ immortalitate donavit quidquid idem tractavit, post hunc Cl. Sacyus hoc argumentum delicatum attigit, more hominis qui idem pro:

be novit, et qui sæpius tantummodo commodavit suavi:
tatem sui ingenii motibus propriis cordi suo. Quod timen:
dum in hac materia est, ne attollatur perfectio in illa su:
pra naturæ potestatem. Speculatio justo fusius pertra:
ctata animum sæpius citiusq adimit quam eundem exci:
tat. Viro prudenti habenda jugiter est attentio imbeci:
litatis humanæ, amicitiæ sunt suæ miraculorum species,
quæ in vita communi consequentiam arguere haud debet.
Exemplum celebre Orestis, et Piladis, et alia similia sunt
maxime admiranda, verum cavebo eos dare pro exemplo
omnino imitando, sub pœna læsæ amicitiæ, extingverem
corda volens illa inflammare. Contentus ero ex duobus
amicis ubi intelligam quod existimatio est principium
eorum unionis, tempusq cum rapiditate elabitur, cum
simul reperiuntur. Quod diebus, quibus se mutuo non
viderunt, senserunt sibi deesse aliquid in natura posi:
tum, et quod nulla occupatio, nulla distractio eos impe:
dire potuit a perceptione vacui. Invidebo illis sortem
eorum postquam cognovero unum alteri sufficere, fiduci:
am eorum esse mutuam, gaudia et afflictiones ita in soli:

dum unitas, ut in divisione nulla sit differentia, ita tamen ut sufficientem retineat firmitatem, consolandi afflictum, misera enim esset societas duorum amicorum, quorum ambo succumberent sub pondere alicujus infortunii quod unius eorum fuerit expertus; Admirabor eas ubi didicero infortunium unius reparatum esse per generositatem alterius, ubi videro ingenium competendi eos non deduxisse per vias nimis circumspectas ad eundem terminum atque æmulationem ita naturaliter insitam summis viris nonmodo nunquam perturbasse eorum opiniones; verum esse ita comparatam, ut possit conciliari cum satisfactione videndi occupari ab amico eundem locum, qui pariter alteri convenire videbatur, bonum exemplum capiam, postque mihi dicetur hos amicos observasse arcanum aliorum, iisque prope persvasum fuisse, extitisse unquam res in mundo, in quas amicitiæ, quantumvis firmissimæ nullum est jus. Ille duorum qui offenderetur mysterio speciei eorum quos intelligo culpam sustineret, cessaretque æstimari. Postremo amicitia terminos habet, neque ei permittitur sub prætextu elegantiæ et suæ potestatis deesse illi quod debet Religioni, justitiæ et patriæ. Amicitia denique facta est felicitatis exigui numeri personarum causa, quæ sibi conveniunt; verum felicitas hæc neminem incommodo afficere debet, neque felicitatem publicam.

Difficillima circumstantiarum, in qua nos amici-
tia ponere potest, est cum amicus noster opus habet con-
silio solido ad evitandum aliquem errorem, aut occasionem
procedendi oblique in mundo. Timorem offendendi amo-
rem suum proprium, resistendo desiderio sibi blandienti
quamvis immoderato, difficultas quæ sentitur in re quadam
reprehendenda, in eo quod æstimamus, necessitas quæ subin-
de occurrit, excitandi eam rem cujus cognitio honorem suum
subjicit præjudicio voluptatis, omnia hæc obstacula mo-
rari nos debent, verum est: ast utendum est illi tunc cir-
cumspecte, magnæ adhibendæ sunt cautiones. Homo sem-
per est homo quamvis amicus, dubitandum tamen sive
animi pendendum est, et si infortunium rumpendi in-
currendum esset, cum non peccatur in forma, nihil ne-
gligendum est, ut amicus defendatur a præcipitio. Dan-
tur etiam occasiones in quibus omnia sunt suscipienda
usq ad calecendas rosas quibus aliquando circumdatur.
Tollere omnes falsos colores et indicare palam istud spe-
ctaculum, sufficit quandoq inspirando horrori operan-
doq. Cautio principalis in simili casu est, ne ullum in
hisce occasionibus vestigium proprii commodi appareat
quod possit efficere ut amicus suspicetur, consilia nostra

forsan proficisci ex hocce principio, contraq convictus sit solum amorem existimationis atq honoris sui esse causam vivendæ rationis nostræ illius respectu. Quicunq imme:diate qualitates recensitas non cognoscit, blanditiis amicitiæ se abdicare debet.

Novi illam in mundo æmulam habere quæ sub spe:ciebus pulcherrimis, conatur illi assimilari; verum hæc so:lummodo, simulatrix, adulatrix, atq abiecta obsequentia est quæ cuiq applaudit colorem vitiis induit, defectum in vir:tutem mutat, assiduitatem quam gratiam suam occupari dicit, observat scrupulosius, minimas cærimonias consvetudi:nis. Non loquitur tantummodo voce mensurata, expositio:nibusq fucatis, occultat animam propriis commodis in:dulgentem sub simplicissimis rerum externarum speciebus pollita est ad fatuitatem, promittit omnia suscipitq, ast nihil exequitur, neq unquam etiam desiderium pro:mittere, affirmare apud eam, lingva est, atq ars fallendi, furandiq tempus, et reverentiam credulorum. Hæc simu:latrix quanta est, convenit maximæ parti hominum, vera amicitia eam contemnit, erubescitq super suis eventibus: verum quam impressionem facere possunt, contemptus atq

pudor illius in hominibus qui neq pretium, neq illecebras vanitatis cognoscunt

ARTICULUS 10 TERTIUS.
DE INGENIO EXCELLENTE

Pro judicandis rebus per ideam quæ in mundo habetur, ingenium excellens est illud, quod contemnendo quidquid scire exquisitè, vult solummodo dicere de omnibus, cum explicationibus exquisitis, terminisq novis, tantum vult superficiem rerum, atq illud quod appellatur, flos ingenii. Pictor est qui neglecta gravida scientia non nisi propriis, atq nativis coloribus inducendis studet, non percellitur apta partium compositione, determinatio, elegantia idearum, detectio veritatis, illi haud adulantur, Judicium usitatum per methaphisicam modernam juventuti restitutum eum fascinat, puritas linguæ, proprietas verborum, termini naturales eum haud movent, imaginatio ejus semper verum transcendit, nec concitatur, nisi per anthiteses, et per societatem inusitatam figurarum, ægre ferret si simul atq locutus fuerit intelligatur, nihil est ita commune, amat vaticiniorum instar sensus suos explicari pro fallacia atq elevatione mentis reputat, sumitq

tormentum quod præbet suis auditoribus, vel suis lectoribus
ut ab illis intelligatur, optima est fortuna pro intelle:
ctu qui concipere potest id quod ille dicere voluit. Nam pro
intelligendo eo quod dixit haud opus est magno conatu
cum his tamen qualitatibus, habetur commodum causan:
di quandam speciem sectæ in Republica litteraria, inda:
gamur, citamur, annuntiamur, promittimur, instar rei mortæ;
atq vigilia diei quo sistendi sumus in conspectu cujus:
dam honestæ societatis, præparationes fiunt tanquam ad
diem festum. Admiratio ibidem quodam tempore susti:
netur, atq favore quorumdam lepidorum colloquiorum
atq exiguarum dissertationum, super rebus parum contro:
versis contenditur, sive affirmatur, negaturq donec casus
ei deduxerit, unum horum hominum ratione præditorum
qui tardius justo tempore advertens jungere doctam eru:
ditionem, cum bono sensu sumit cantilenas pro eo quod
valent, facitq percipi frivolitatem dissertationum eorum
sermonum agrestium. Postremo subvertit currum trium:
phalem ingenii præcellentis, cum pravo exemplo, quin:
que aut sex levium virorum, et totidem fæminarum,
qui super fidem suorum adulatorum putabant se ha:

bere privilegium exclusivum elevandi Parnassum ibidemque tantum amicos suos recipiendi. Non cogito hanc effigiem posterius natura factam posse excitare in viro prudente, desiderium gerendi vices exemplaris hujus, secta hæc tamen numerosa est timendumque est ne in dies incrementum capiat, intellectus subjectus est morbis epidemicis, perinde atque corpus quondam erant tempora pretiosorum ridiculorum quorum Molierus medicus fuit, qui perpetuo gloriabitur fuisse præstantissimi ingenii de quo sermonem instituo

Non eos confundamus cum his ingeniis felicibus qui noverunt conciliare, scientiis abstractissimis gratiam explicandi qui reparant /: ut ita dicam: / siccitatem earum unctione sui styli sciuntque sereniorem reddere severitatem principiorum festivitate debite collocata. Ast donum hoc commune non est, et publicum prudentia bonoque gustu pollens videt, cum molestia seu animi ægritudine, quod hæc illustria archetipa exemplaria injucunda produ[...]

CARTICULUS 10 QUARTUS.

DE HONORIBUS MILITARIBUS ET LITTERARIIS

Politica statuum non est ausa suspicari homines sufficienter virtute esse præditos ne adjiciat clientelæ

honores

honores et mercedem. Omnes fere gentes animo concepere honoris signa, quæ cives distinguunt, ecce originem trium: phorum, coronarum, omniumque titulorum honoris, omnium ordinum et academiarum mundi

Vir honestus, ut tanto melius exequatur officia ar: tis quam exercet, potestne sibi proponere pro fine hos ti: tulos hosque honores? credo perfectionem consistere in faci: endis omnibus quæ fieri possunt, ut se quisquam dignum exhibeat, tales haud desiderando, hoc est exigere multum humanitatis, verum neque mihi sermo est pro his geniis ordinariis, quibus æmulatio indiget ut sustineantur per ali: quod incitamentum, differens a gloria serviendi Patriæ, exe: quendique munera sua. Verum quod propono magis conso: latorium est amoris proprii, quam contraria opinio, nam supposito finem sibi proponendum esse perveniendi ad honores istos, habendamque esse displicentiam sustinere artes primas, aut quia quidam honoris gradus non obtigit, aut quia status quidam felix, pluribus abundavit locis, quam personis dignis, ea occupare quam amaritudinem non produ: ceret in corde, magni viri privati honorum necessariorum suæ gloriæ, et quos arrogabat, quemve timorem hinc conci: peret animus ejus si eodem sibi proposuisset eos pro fine

principali. Contra sufficit nihil habere sibimetipsi exprobrandum, existimatio quæ illi debetur nomenque suum a favore libera esse debent nihil negligendo eorum, per quæ hæ legitima obtinentur, volo ut habeat mentem sufficienter elevatam ut sibi adulari possit, cum iis potitur, ne mora vel repulsa perturbare valeant æmulationem ejus. Non difiteor desiderium honorum militarium, aut litterariorum esse ex ordine incitamentorum, quæ homines ad magnas actiones destinant, verum cum conditione ut hæc incitamenta personatia subordinentur, magis respiciendis, et quorum potestas haud indiget in cordibus virtuosis, atque mentibus bene dispositis, fulciri vel augeri, quorum origo potest esse æquivoca obstante realitate effectuum.

Concipio hominem his imbutum principiis fore digniorem recipiendi hæc signa distinctionis, quæ reveretur, neque eorum imperio subditus, sequetur curriculum quod elegerit, fidelis suo Regi, Patriæ, et suis officiis, nihil eum impediet stipatus tumque (: ut ita dicam :) propriis actionibus reverentia et admiratio illi obviam procedunt, neque semper ornatum expectabunt

Heu vos quibus hasce sententias inscribo, et qui jam aliquantum in semita honoris profecistis, defendite vos adversus has præmaturas considerationes, privilegiorum atque injustæ præcisionis accipite, semper ad litteras querelas offensorum verum si quodam die occasio se offerat, abstergendi aliquem dolo:

rem, animus vester et æmulatio eodem augeatur, et cogite omnes viros honestos ut vobis damnum istud resarciant, per exi: stimationem et famam duplicatam, constantia quam vobis propono æquivalet omnibus titulis, quorum desiderium fovetis suppositoq eos suspensos fuisse per quandam cir: cumstantiam particularem, modus quem vobis propono nobilissimus atq certissimus est, ut postremo cogantur ad unionem virtutis, quæ eos honoratiores reddit, quam ab iisdem honorata fuerit.

ARTICULUS IOQUINTUS.
DE EXISTIMATIONE.

Exististimatio nihil aliud est præter opinionem quam alii de nobis concipiunt, formaturq cum justitia constanti eorundem actuum, atq eorundem sensuum, sic homo audax reputatur, si plures actiones fortitudinis præstiterit, idem est de aliis virtutibus. Et quemadmodum vir magnus eas omnes colligit, certo affirmari potest sublimem existi: mationem esse consensum, seu vocem consonam productamq per actiones suas, et per opiniones. Novi existimationem esse æquivocam, atq per simplex virtutum indicium, possibile esse captari existimationem publicam. Verum si se citius, sive tardius mendacium hypocryseos prodit, estq difficile vitium semper latere, addendum est hunc

errorem vulgi dici subsistere haud posse, relative ad quasdam qualitates ante occasiones de fortitudine hominis concipi potest, verum adveniente circumstantia, se se necessario talem exhibet qualis est, multum innitor hac virtute nam vita praefecti haud sufficit quandoque reparandae debilitati unius momenti, animus militibus est idem quod pudor foeminis, uterque assimilatur flori, qui ut semper splendeat, primumque calorem nativum retinere debet.

Homines sunt subjecti vitiis, neque honorem neque probitatem impugnant, vulgus illa severe haud judicat, potissimum in juventute. Verum vir honestus, qui tendit ad magna ejusmodi indulgentia minime abutendo nihil negligit, ne illis amplius opus habeat, haec tolerantia ~~opus habe~~ eum humiliat concipit actiones imbecilitate excusatas fieri venia indignas ratione sua perfecta. Invidus solidae existimationi vitiis speciem alienam tribuere nequit, neque actionibus suis virtutis speciem impertiri, cujus principia non habet in corde, in se ipso judicem defert falli nescium instar vulgi, neque reverentia humana prima est motrix suorum inceptuum, suarumque opinionum. Verum et si publicum illius respectu iniquum foret, quis enim est ab omni calumnia liber in propria virtute consolationem inveniret, alienusque ab eo, ut conqueratur de injustitia hac in re, quam ipse probaverit, tanto firmior erit in

officio suo, citius aut serius veritas triumphos agit, verum etsi innocentia sua involutus occumberet, neq alium præter seipsum te: stem haberet, conquereretur de cœcitate suorum æqualium.

Species hæc Stoicismi quam inspirare volo haud est illa animæ durities tantum flecti nescia, quantum in illo usu posita, quam Zenon discipulos suos docebat, hæc fabulosa atq com: menticia naturæ narratio, attollit superbiam supra rationem, eorumq sapiens tantummodo erat idolum vanum, cui motus animi sui sacrificabant in excessu pulchræ speculationis, verum usus eis errorem eripuit, natura repetebat jus suum repugnantibus conatibus eorum inutilibus, et ratio intelligen: tiæ cum ea, in eo in quo cum sensibilitate similitudinem habet sive convenit denunciabat voluntatem suam adversus ridiculam eorum arrogantiam, nolo igitur magnum homi: nem esse indifferentem in modo, quo alii de eo cogitant. Ve: rum dico molestiam, quam illi iniquitas eorum causare po: test, temperari debere per satisfactionem, quam illi tribu: it notitio suarum opinionum, et factis omnibus quæ virtutem docent, illi requiescendum in iis, non tanquam ultimo termino sui studii, verum tanquam in medio in: fallibili justitiam obtinendi in tribunali, quod seduci nequit per rerum apparentes formas, neq præveniri per

judicia anteriora universi.

Bonum itaq nomen, res magni pretii est et conservatio ejus in ordine officiorum, in natura viri honesti sitorum poni debet, quamvis id solum parcendi aliorum errori atq injustitiæ causa fieret, utendum tamen est auxiliis legum, ut propria bona defendantur honor eodem adminus privilegio gaudet, et quemadmodum hic thesaurus est insolitus cum illis ad quos spectamus, conscientia nos obligat, ut nos ab omni suspicione defendamus. Occurrunt sæpius in mundo existimationes æquivocæ principium actionum nostrarum æquivocum non est, similitudines sunt hinc subsunt diversis interpretationibus, aliunde de aliis judicamus, secundum nostram affectionem, passio, negotium incitamenti ante opinio, pro vel contra influunt in nostra judicia et sæpius eadem determinant, exinde hæc varietas decisionum super charactere et moribus ejusdem hominis, in eoq subinde tantum proceditur, ut sæpius reprehendi et vituperari audiatur idem homo cujus lucubratio nobis elogia condebat. In his circumstantiis quid nobis circumspectio et prudentia consulunt, ut caveamus a præjudiciis, simusq potius proclives ad justificandum, quam ad condemnandum, verum in casibus ubi nexus negotii aut cujusvis alterius speciei capaces

jungendi nostram existimationem alterius famæ nos cogit suscipere partem mens sua cum circumspectione explicanda est; verum agendum cum severitate, non obstantibus propriis commodis, atq ejus quod sibi ipsi debetur favore denunciandum omni societati æquivocæ si contingat esse in cœtu ubi nomen absentis censuram patitur abstinendum est ab omni decisione sinistra, dicendum bonum, quod scitur, reticendum malum, quod de eo cognoscitur, saltim si non sit ejus naturæ ut pertineat ad publicum hoc modo, ut similis circumspectio nos peccare non faciat adversus societatem, verum si persona nobis sit penitus ignota, a nobis minime condemnanda est ejus quod ei exprobratur, suppono istud esse vitium sive defectum, verum in fide tertii expectati ignorantia in qua sæpe sumus incitamentorum accusatores suspendendum est judicium, neq permittendus in animo suo locus, ulli malevolæ impressioni ita ut tolli possit primis radiis veritatis, quæ superveniret consequenter ad justificandum eum qui falso accusabatur.

Credo me usq ad exactitudinem tractasse rationem quæ cuivis homini debetur super hujus existimatione expanduntur fundunturq nubes nobis præsentibus, hæc cognitio et usus exercendi frequentissima se offert occasio.

maximæ utilitatis est in societate, sine hoc animus cujusq facile prævertitur non ad rem, delentur impressiones favorabiles, sive æquæ, ut illis substituantur iniquæ fit enuntiatio temeraria super fabulas sive narratione alterius paranturq sibi per ejus imprudentiam inimici qui ut vindictam sumatit, suscipiunt omnia quæ furor suggerit, quemadmodum autem in fide sermonum ex iracundia formatorum, qui de nobis instituuntur juste indignaremur de nobis judicium fuisse latum, exigo eodem modo pro aliis eundem animum moderationis, quem sentimus esse necessarium. Cum malum nomen alicujus in dubium non venit, tantæ attentioni non est locus, verum ego semper præferrem silentium fortibus affirmationibus, præsertim si id a nobis proprii juris neq amicorum nostrorum legitima defensio non exigat.

Circumstantia delicatissima, in qua inveniri potest vir honestus, ut cum illi audire contingit sermones parum convenientes cum opinione quam fovet de suis amicis id quod debet amicitiæ eum sæpe ulterius deducit, quam prudentia patitur, et quandoq nimium prudentiæ injuriam causat amicitiæ. Optandum foret in his tritibus circumstantiis ut posset uti eadem tarditate judicii, eademq dispositione, quam optare ipse in integro magistratu, adhiberet omnes vires

ingenii,

ingenii ut tranquille veritatem degeret, et si amicum suum re ipsa sontem deprehenderet, character suæ culpæ determinaret ejus vitæ rationem cum ipso. Si contra fortunâ innocentiam suam probare illi contingat, credo eum obligatum esse probationem præstare aliis male instructis, eorumque præjudicium seu insitam ante menti opinionem tollere, ut eos recte dispositos statuo, haud difficile illis erit administrare justitiam accusato, quæ sibi debetur, et emendare defectum suæ imprudentiæ.

Si hoc candore in nobis gerendis uteremur, hac prudentia, et modestia uteremur, cujus quædam principia proposui, credo societas jucundior foret, minusque agitaretur, ab ingenti numero perturbationum animi, quæ eam deformant, perturbantque concentum illius.

ARTICULUS 10 SEXTUS
DE DIFFICULTATE CONCILIANDI SINCERITATEM ET CIRCUMSPECTIONEM.

Virtus cessaret esse virtus, si exerceri non posset, nisi altera exclusa, in virtutum consensu consistit formatio hominis quem contemplor, arcanum igitur illi inveniendum est, eas colligendi si modica attentio adhibeatur, neminem credo inficias iturum, virtutibus esse certos gradus ultra quos potius corrumpuntur quam perficiuntur. Audacia brevi

degeneraret in ferociam, generositas in dissipationem sobrietas in abstinentiam inconsideratam, atq ita de cæteris similiter circumspectio nimia reduceret ad silentium absolutum, et sinceritas omnem veritatem dici faceret tranquillitas publica et privata reticeri postulat.

Fatendum est dari in mundo speciem quandam ingeniorum negotia facessentium, quæ proponunt quæstiones, ad quas difficile respondetur, nisi contra prudentiam peccetur, aut contra sinceritatem. Commodum sive bonum tertii nos obligat ne illorum curiositati satisfaciamus, et sinceritas non permittit loqui contra veritatem, quare utendum est his occasionibus, responsis prudenter formatis, sive ad prudentiam compositis. Qualitas personarum, quæ nobis quæstiones proponunt, rem faciliorem, aut difficiliorem reddit; si sit inferior imprudentia ejus corrigenda est silentio, si æqualis digressiones maximo sunt auxilio, sufficiuntq non nimis imbecili. Verum responsio plus negotii facessit, si fiat a superiore, qualitas quæstionis, ratio personarum determinare debent, ad simpliciter dicendum aut ad supplicandum ne urgeamur incitamentorum legitimorum favore quæ exponuntur.

Impossibilis est recensitu numerus infinitus circumstantia

rum delicatarum in quibus versamur cum vivimus, experien: tia mundi est solus liber ex quo institutio haberi potest hoc su: per articulo paucis his dictis meis credoq ea sufficere illis qui acumine ingenii pollent; et forte esse nimis valida pro ma: jore parte hominum, qui hac de re haud ita solliciti sunt, men: dacium aut imprudentia illis videtur forte procedere ab intelle: ctu, dummodo id eos negotio absolvat.

Modus certissimus se reddendi immunem ab his circumstantiis injucundis ubi duæ virtutes /: ut ita dicam:/ in: ter se pugnant, est eligere suum modum, vivere in societati: bus in quibus decorum cum prudentia jungi solet, in iis quip: pe raro admodum inveniuntur flagella quæ recensui, si subinde offendantur, sunt solummodo munera legibus contraria, quæ lon: go tempore non feruntur, dumq annunciantur, nomen eorum in cœtu hominum idem præstat quod tabula comediæ publice pro: posita, cognoscitur character, qui in conspectum prodire debet, et quisq sibi cavet: postremo animum advertit non amplius redit, istud est quod quæritur.

ARTICULUS DOMUS SEPTIMUS.
DE CURIOSITATE.

Curiositas modo virtus est, modo vitium, secundum di: versum ejus usum, et secundum objecta a quibus determinatur sumpta, ut virtus illa est, quæ nobis suggerit desiderium ampli:

andi et multiplicandi nostras cognitiones, propter perfectionem cordis nostri, atq intellectus, hæc est illa præclara æmulatio, quæ excitat et sustinet in indagatione veritatum utilium, verum quantum laudabilis sit per se ipsam convenit ut cum methodo adhibeatur sine hoc haberet sortem virtutum, quæ degenerant per suos excessus, mutanturq in vitia, aut imperfectiones, loco illuminandi tantummodo caliginem oculis offunderet, vel corrumperet, nostrumq judicium victima falsi ejus fulgoris foret, perpetuo in medio fulgoris errans, nunquam adverteret continuum diei sufficiens progressibus suis atq incessibus, securis reddendis. Temperanda igitur est curiositas, ut nutriatur intellectus, defendaturq ab his speciebus indigestionum spiritualium, effectus naturales aviditatis sciendi, et qui tantummodo impediunt ejus maturitatem, qui spirituum remanserunt infra hoc quod illi facti fuissent, si per rapiditatem inventionum quas facere voluerunt, non fuissent asportati quasi torrentes, qui sistere nescii nihil fertile reddidêre, excitarunt subito aliquem rumorem suntq admirati, etsi vestigium aliquod eorum restat, non plus querelæ quam gratulationis de illis superest.

Ejusmodi sunt hæ immaginationes ferventes quæ vastum hoc scientiarum imperium similes his viatoribus qui nullo loco consistunt, qui redeunt in patriam ita insti

tuti sive formati ut erant antequam domo paterna profecti essent cum hac differentia tamen ut gestiant loqui de illis quæ videre debuissent cum eadem certitudine atque affirmatione ac si ea vidissent; hinc tot relationes apparentes, tot verba vacua, sensu, tot contradictiones quæ excitant dolorem illis, qui singulatim examinarunt regionem de qua loquuntur, nihilque praeterierunt quod ad eam probe cognoscendam spectare videbatur.

Hi quos possidet similis imaginatio, consilium magni momenti in quocunque genere illud suscipiatur nihilque plus periculi contineret, quam si tale illis committatur, curiositatem igitur naturalem discendi, comitari debet temperantia, videndum est prius objectum antequam descendatur ad secundum, conandumque sive enitendum tantum, quantum possibile est ea contemplari in quadam analogia, quæ defendat intellectum a forti distractione.

Curiositas sumpta pro vitio est omnium vitiorum maximum vitium, societatis, cadit plerumque in exigua et vana objecta, curiosus inferioris speciei scire vult causas sive incitamenta quare alter quidam, domum quandam frequentet, impensa a vicino suo fieri solita illi molestiam causat, cum quo tamen nihil sibi est negotii, quærit originem familiarum obscurarum. si intrat conclave alicujus, contentus non est, nisi legerit saltem inscriptionem sive titulum omnium librorum

super mensa, et camino sitorum. Adhuc laudanda est ejus modestia si non legit epistolas vel manuscripta quæ erant super mensa inquirit pretium cujusque rei quæ in suum conspectum prodit, crederetis eum habere mandatum faciendi institutum domus. Si obligatus sit moram quandam ducere, in anteriore conclavi, non sufficit ei quærere nomina intrantium, nisi domesticus qui interrogatur majore uteretur prudentia, brevi illi de omnibus viis domus constaret, omnes denique qualitates mali esploratoris possidet. Etiam hæ species curiosorum æstimantur conquiruntur in eodem gradu, credo hanc levem adumbrationem, sufficientem esse, ut reddatur contemnenda oculis viri honesti, mundus tamen plenus scatet his ineptiis

ARTICULUS NONUS OCTAVUS
DE VINDICTA.

Tranquillitas statuum, et convenientia societatum subsistere non possent, si cuilibet privato esset jus pretium imponendi injuriis atque de iniquitatibus de quibus conqueritur, perturbatio animi foret profecto arbiter quem consuleret, responsionesque suæ semper essent præter rationem, juste igitur constituta sunt tribunalia, reprimunturque severe illi qui quamvis offensi, ipsi sibi justitiam administrarent. Verum regeret aliquis humani generis osor, utilitatis cupidus, hi magistratus ornati potestate me ulciscendi, nonne nimium habent

sensus frigidi ad intelligendum quem exigit reparatio cognoscen: damq profunditatem vulneris quod honor meus accepit. illis ne satis pretiosus sum ad credendum eos suscepturos esse partes me: as cum fervore? cognoscunt ne satis teneritudinem animi mei in contumeliis meis ut me nihil amittere patiantur de justa vindicta? Hoc mihi possibile non videtur et non numerando alterationem facto: rum, priusquam negotium ad eos pertigerit omnia mihi ab eorum modestia timenda sunt; solus ego sum qui cognoscere valeo cha: racterem et excessum offensæ quam sustinui, solus igitur sum qui possum facere æquivalere pœnam ejq injuria, quod quili: bet particularis privatus sit hoc jure naturæ. Si quilibet eo uti posset hoc retineret inconsideratos, atq timor vindictæ tantum promptæ, quantum justæ, statibus eadem præstaret obsequia quæ se inventuros sperabant in formis judicialibus Hunc in modum exprimitur animi motus; et ipsa lingva sua est probatio optima, quæ dari potest a necessitate eum repri: mendi.

Supponamus omnes homines pro unico instanti gaudere jure utendi suis viribus contra eos, qui eos offenderunt, nonne est hoc tradere ferrum in manus infiniti numeri fu: riosorum, et qui repugnante suo furore, possunt adhuc ma:

jorem partem succumbere, ad ictus eorum de quibus conquerentur. Esset hoc aperire portam homicidii, et iniquitatis, generis humani osor primus esset petendo ut res restituatur ordini, de quo conquerebatur haudq difficili negotio cognosceret sibi non rationem sed perturbationem suggessisse primas suas considerationes.

Plus dico etsi verum foret reparationem non æquivalere offensæ, adhuc necessario coleretur, legum constitutio esset etiam magis veneranda, quoniam magis accederet ad mentem Religionis, reduceretq hoc modo ad necessitatem diminuendi gratitudinem nostram et consequenter ut minor fiat nostra culpa; excipio hinc facta graviora, quæ omnem rigorem justitiæ exigunt, in his enim occasionibus, est ulcisci causam publicam, quæ falsam et mente præconceptam miserationem non admittit.

ARTICULUS ДОMUS NONUS
DE BENEFICIIS, ET DE LIBERALITATE.

Omnia facta videntur esse in universo ad inspirandum homini liberalitatem, inanimata concurrunt ad annuntiandum hanc virtutem in suo Creatore, communicatio continua earundem qualitatum, concentum mundi constituit. Terra hæc mater communis omnium, cum usura restituit quidquid illi committitur, reproducitur sub mille formis ut satis faciat sensibus nostris, neq verendo ne deficiat,

sive ne integra

sive ne integra exhauriatur, non relinquit in visceribus suis tantummodo hæc metalla funesta homini, non illi ipsa tradit nisi difficulter, ut eum doceat quisit eorum usus minus necessarius quam perniciosus. Homo ne solus cujus felicitatis causâ omnia ponuntur in motu, utetur his naturæ donis cum duritia? Interrumpet ne per suam avaritiam hanc virtutem communicativam quæ facit ordinem et abundantiam? oportebit ne cum pudore suæ rationis ut accipiat lectiones generositatis usq in insectis et reptilibus? circumdatus suis divitiis servabitne illas crudeliter inclusas, interea dum indigens apis et parvi vermiculi laborant sive opera sua conficiunt pro ejus luxu et magnificentia? in vanum avarus objiceret hæc animalcula necessario agere, et sine cognitione efficeretne ratio ejus ut fiamus duri et quasi sensûs expertes? nonne hæ sunt liberalitas ipsius Dei qui se communicat per actiones astrorum bonos et malos æqualiter illuminando? nonne Ejus est providentia quæ conservat omnia quæ respirant? Homo ingratus ambitne gaudere his benefaitis nisi ea dividat cum simili? amor possessionis cæcæ impedietne eum a subveniendo illis qui patiuntur? Ipsa illius superbia qua ducitur, sæpissime in aliis actionibus poteritne convenire

cum abjectione cupiditatis suæ? Homo docilis ad impressiones rationis, cognoscit facile liberalitatem esse virtutem quæ eum elevat supra illum qui ejus est objectum, est ad morem agere, et usum tribuendo quod spectat ad temperandum ritorem actionis semper humiliantis, propter eum qui recipit. hæc est liberalitas, quæ maxime arguit hominem Divinitatis; dividit cum eo qui recipit sua benefacta, usq ad opiniones suæ gratitudinis, sive agnitionis, etsi illis opus non habeat quæ igitur est natura hujus peregrinæ passionis quæ dicitur avaritia, quæ ita vehementer gradu suo dejicit animam hominis.

Avarus monstrum hoc societatis, oditne sibi similes, aut diffiditne Providentiæ de quo est conquerendum sub his duobus aspectibus? Sub primo, similes sibi videri illi debent, tanquam inimici eum circumdantes, metus et suspicio eum incessanter excruciant; ipsum bonum, quod cum tanta cura abscondit, et quod detinet cum tanta crudelitate, auget cruciatum ipsius vitæ, sollicitudines devorantes diei, excipiunt angores noctis, atq hoc tempus destinatum quieti naturæ, geminat suas agitationes. Contra liberalis tranquillus manet in umbra suæ virtutis, credit vide:

re amicos suos in singulis hominibus cum difficultate sibi imaginatur, ab aliis sibi auferendum, id ad quod ipse dividendum semper est dispositus. Divitiæ ejus desiderium non excitant, usus earum est ejus securitas. Avarus sub secundo aspectu, impius est qui omnipotentiam aut supremam bonitatem Dei in dubium vocat, thesaurus ejus est sola ejus divinitas; divinitas barbara, quam nihil mitiorem reddere potest, audit sine commotione clamores miserorum, non movetur hac paupertate considerata, quæ non audet exponere suam necessitatem, fames, sitis, desperatio, non sufficiunt emolliendo ejus æneo, sola justitia cujus est capax, ea est quam exercet contra proprios sui adoratores.

Animus generosus agit cum fiducia, contemplatur tanquam germen bona quæ abunde profundit, ignorat has obscuras reflexiones quas parit timor futuri. Immutabilitas virtutum Divinarum, cum securiorem reddit, distribuit cum largitate, quæ natura largitur, cum profusione. Hoc itaq modo pro felicitate sua laborat, estne major fortuna illâ quæ nascitur ex felicitate publica? Avarus in sua cœcitate satisfactiones humanitatis constituit quandam speciem contractus taciti, per quem renuntiat amicitiæ, et existimationi hominum, vincula sacerrima

nomina maxime veneranda, Conjunx, liberi, consanguinei, atq omnia suspecta sunt oculis ejus. Vere generosus adim: plet sua officia, estq bonus civis, bonus consanguineus, bonus amicus, sapientia dirigit omnes suas opiniones, cernit suum elogium, cum gaudio in circumdantibus se non cognoscit legem proprietatis, tantum ex facultate dan: di, et opem ferendi sive levandi: addit datis animum tam suavem, et consolantem, ut miseriam aliorum, in feli: citatem fere convertat, et eorum indigentiam in volupta: tem: minuit per suam humanitatem distantiam momen: taneam, quam providentia inter divitem et egenum po: nere videtur. Prævenit cum studio flagrante, fiduciam dat timidis, et immunitatem cum potest ab his tristibus comprobationibus, quas extorquet adversa fortuna sive durum statum, et quas homines honesti infelices diu mul: tumq dissimulant. Postremo sternit viam suorum bo: norum et favorum, verus liberalis ambitionis non est, qui sacrificat vile negotium honoribus frivolis, volu: ptuarius haud est, qui per suam liberalitatem quærit defensores suæ vivendi rationis, et adulatores in suis animi motibus, non est hypocrita qui profunditcum spe acquirendi, non est voluptati deditus, quem amor

voluptatis prodigum reddit et cupis liberalitas crudelis quærit tentare innocentiam infelicem. Hæ differentes species prodigalitatis crimina sunt, ratio eas fastidit, et sana prudentia damnat.

ARTICULUS 20MUS
DE GRATITUDINE

Hæ sunt virtutes quæ verum societatis nexum faciunt seq mutuo excitant et illarum æmulatio tanto major est in cordibus, quanto minus propriis commodis serviunt Ita quamvis liberalitas haud quærat clientelam gratitudinis faciatq notam sive manifestam integram satisfactionem, per solos actus quos producit, hi qui beneficia referunt nonne magis illis permoveri debent, verum in quo consistit gratitudo? quæ est mensura opinionum quas suggerit? limitibusne carere debet? funestum foret invenire benefactores, credo præstaret illi nuntium remittere, ego in Regnum Marocanum mitterem emptum mancipia, protectores qui exigerent ultra quod vir honestus sibi ipsi debet. Prima cura hominis grati est nihil committere, quod offendere possit animum tenerrimum benefactoris, semper paratus illi sacrifi:

care propria benefacta cum fortuna cujus causa esse potuit imo et ipsam vitam suam secundum occasionem nihilq sibi relinquet, præter id quod proprius honor sibi relinquendum svadet, non se credet teneri ad id, ut adulatorem agat, neq ut abjecto modo placare studeat, et adhuc minus ut propriis passionibus indulgeat, sciet distingvere leges gratitudinis, et non sacrificabit illi leges aliarum virtutum. Sæpe in mundo moventur querelæ de ingratis, persvasumq habeo ingentem esse eorum numerum, verum sæpius sunt eorum quidam instar mulierum, quarum mariti querelas quærunt, hi ultimi non se jactant de omnibus morositatibus et repentinis animi motibus, omnibusq injuriis quas ab illis sustinere coguntur. Non est mihi animus favendi ingratitudini neq eam excusandi, paucissima vitia novi, majore odio digna, verum persvasum habeo jus supremum, et exprobrationes benefactorum tantum conferre ad eorum multiplicationem quantum abjectio quorundam animorum.

Non nego convenire habere multum tolerantiæ pro vitiis eorum quibus multum debetur, verum tolerantia

hæc eo usque utendum non est, ut nos quasi complices reddat in simili casu, mallem restituere omnia, imo plura et libertatem recipere. Illi quibus est animus comparandi fortunam parum se his principiis accommodabunt, illa dura et suis votis contraria dicent, qui contendunt per suam authoritatem aut opulentiam cogere eos, qui a se dependent, ad parendum in omnibus eorum repentinis animi motibus, non erunt de illis contenti. Verum scribo pro formando viro honesto, sustineoque cum omnibus qui tales sunt titulum hunc exigere ab eo, ut præferat honestam indigentiam pudori. Cernuntur adhuc homines in loco cogitare cum dignitate, notaturque cum voluptate eorum præsidium, eorumque benefacta honorem conciliare eorum judicio et probitati.

CAPUT 2O PRIMUM
DE TITULO PHILOSOPHI

Qualitas hæc quæ olim summos conciliabat honores, inter nos degeneravit ita, ut nomine Philosophi nonnisi vir indifferens super eventibus rem patriam maxime spectantibus veniat. Philosophus secundum notionem communem hodie significat quandam speciem hominum

societatem sive communitatem aliorum fugientium, et qui amori libertatis suæ sacrificant mores, usus, partemque eorum quæ debentur societati, simulando abdicationem divitiarum et honorum nihilque pro illis consequendis atque promerendis agendo. Qui tamen censorio calamo notant sive reprehen: dunt et damnant eos qui his potiuntur. Hi sunt cynici moder ni qui norunt conciliare numerum privationum quarundam jucunditatum, quas exigit societas ut melius fruantur illa specie voluptatis qua oblectantur permulcenturque. Fu: giunt lautas magnasque mensas necnon solemnitates publi: cas, verum oblectantur vituperando eos qui his interesse solent. Attentio eorum principalis est recedere a modo vi: vendi maxime usitato, in principio reducendi omnia ad simplicem naturam, nihil fere rationi honestisque moribus tribuunt, eandem singularitatem puris ideis addicunt quam objectis materialibus seorsim cogitare vellent, ne: minemque invenire ejusdem secum opinionis, tantum metuunt fieri exemplum cujuscunque: removent se in religione et scientia politica ab eo quod vocant sensus vulgares, non vivunt tantum sibi ipsis, et ecce hominem

qui majorem

qui majorem temporis partem apud vulgum nomine Philosophi venit. Cum delineasse aut personam ejus detraxisse, est probasse viro honesto evitandum esse ad eum similitudine accedere. Novi dari Philosophos alteri: us speciei, verum illi ita conveniunt cum viris honestis mundi, ut nihilo ab his distingui videantur. Opponunt magnum animi robur diversis vitæ accidentibus, verum nihil negligunt eorum quæ prudentia docet quomodo se adversus illa tueri debeant. Et cum neq honoris, neq di: vitiarum sunt invidi, his tamen atq illo se certo potituros atq gavisuros si electio honestorum modorum per do: ctam æmulationem directorum huic sufficiat: et cum præjudiciis popularibus decipi sive falli haud pa: tiuntur, norunt obtemperare quantum ad extra moribus et usibus: tolerant quod tolerandum, reverentur quod reverendum est, circumspecti, moderati in suis collo: quiis, nullam in elocutione, neq in ipsis rebus sin: gularitatem conscitantur, si quando ideas quasdam particulares superioresq ideis communibus, habent eas secum communicant omni procul superbia imbecilli:

tatem intellectus humani jugi attentione spectantes. Et quemadmodum illi noverunt majorem partem summorum virorum illustribus erroribus seductos fuisse, propriis diffidunt considerationibus, potissimum quando ordine communi excedunt, neq eas proponunt nisi cum modestia. Alia ex parte sunt honesti compatientes, boni cives, boni patresfamilias atq Philosophia eorum haud eos conducit ad illam ridiculam abstractionem, dissolutionemq animi quæ familiam eorum ad inopiam redigit sive necessariis carere facit, magnis constanter utuntur stantq principiis, separando falsam acceptionem, quæ non est in analogia, neq admittunt quidquam indignum ratione, quamvis eam subjiciant auctoritati superiori et legitimæ. Philosophi hujus characteris, sunt vere sectatores sapientiæ, verum eam non ponunt in reprobatione generali omnium eorum quæ in mundo fiunt, proprio utuntur judicio, actionesq suas et incepus virtuti conformes reddunt. Magis cæteris hominibus occupati in augendo lumine intellectus sui atq in hauriendo e bonis fontibus evitant libenter quo distrahi possent, sunt boni admi:

nistratores temporis sui, ita ut eos summe pœniteat illud impendere mille nugis, quibus tot alii occupantur. Ecce characterem eorum distinctivum, verum ipsi sunt veri Philosophi quamvis neq nomen, neq existimationem ejusmodi quærant. Vir honestus haud ægre ferre debet tali gaudere titulo aut clarius dicendo, vir honestus et Philosophus hujus generis idem sunt

CAPUT 20MUM SECUNDUM
DE DESIDERIO COMPARANDARUM OPUM

Naturale est homini procurare necessaria vitæ, et quilibet lucrum quodcunque legitimum seu licitum capere potest ex arte quam profitetur quemadmodum fructus est industriæ atq laborum suorum, atq lucrum istud proportionatur secundum differentiam statuum qui pro adminiculo et felicitate patriæ in diversos ordines distinguuntur. Plerumq non necessitas rerum pretium in his constituit, atq istud summum bonum quod id quod est summe necessarium plerumq est commune et consequenter justi pretii. Illi qui exercent artes mehanicas certi sunt de suo subsidio eo quod illis opus continuo habeatur, lucrum eorum respondet generi vitæ quod eis convenit atq secundum gradum intelligentiæ eorundem artis. Illi

qui artes liberales cum quadam potestate superiori, pro laboribus suis distinctionem sui atq praemium aequivalens mereri debent, plerumq tamen magnates et divites utilitatem percipiunt ex suis lucubrationibus. Nihil est justius neq utilius quam eos videre emulatione incitari ad dandam occupationem summis magistris in quovis genere. Eorum est curare et efficere, ut palatia eorum ornentur quovis optimo architecturae atq picturae partu, verum eodem tempore illis probandum incumbit rectumne et concinnum sit quod animo concipiunt, solvendo egregie splendideq illis qui idem exequuntur, suppono tamen prodigia artis non esse comparanda impensis creditorum, neq numerum pecuniae necessarium usibus strictius cum eorum statu conjunctis imminuendum per ornamenta domus. Generositas quam inspirare uno magnatibus celebrium artificium favore, haud multas producet fortunas invidia dignas. Primo magni horum artium homines admodum sunt rari, secundo plus temporis impendunt quandoq elaborando uni fragmento pulchro, quam impendendum foret comparandae integrae fortunae aliam ineundo viam. Nihil igitur certi mihi determinandum est super pretio horum elegantissimorum operum posteritate dignorium datur quaedam in rebus perfectio quae

sibi pretium haud imponit, indigentia artificis, et perso:
næ nobilitas quæ illum ad opus deducit hæc conciliant, neq
mentem meam explico super certis artibus status cujus mu:
nera committuntur res abscuræ quæ oculis subducunt ori:
ginem harum fortunarum quæ timorem incutiunt per su:
am rapiditatem, atq magnitudinem, illarum fortunarum ratio:
ne affirmo dari jus formandi saltem suspitiones adversus
majorem partem modorum, huic comparandæ impensorum
Concipio fortunam hominis posse mensurari secundum utili:
tatem, suorum talentorum, atq ita injuria offensioni locus
esset, ex abundantibus vitæ commodis ejus qui pro parte
vel toto felicitati publicæ profuerit. Verum quando viden:
tur possidere easdem utilitates homines quorum intelligentia
limitata habuit pro objecto tantummodo multiplicationem
reiteratam eorundem redituum particularium utq facile
sit probatu eorum opulentiam nonnisi effectum esse exi:
nanitionis provinciæ aut multarum familiarum non po:
tero non conqueri. Norunt plerumq melius illis, qui in
victimam cedunt astutias, atq abjecta artificia, quibus
sæpius usi sunt, ars adhibendarum harum astutiarum
nec non horum artificiorum ingenii nomine insignitur fa:

ciendi grari. Et quandoque indifferentia aut contemptus publici pro homine qui sorte locupletari noluit deffensioni est illis qui cogitant et agunt modo diverso. Splendor divitiarum fastus imponens insensibiliter illusionem producunt, et supponitur postremo sine adversione virtutum et probitatis illis qui faciunt id quod vocatur pulchra impensa.

Ægre ferrem virum honestum cui loquor simili pretio fortunam comparare velle: assentior ut in arte quam exercuerit, nihil eorum prætermittat quæ ingenii sui acumen, sua in agendo promptitudo, sua vigilantia exigenti ut probe ejus munus cognoscatur adimpleaturque. Et si occupatio perseipsam est ejus naturæ ut ad eam fideliter referantur cuncta bona fortunæ, et sine prejudicio alterius: ei suadeo ut illis utatur hoc modo ut quod debet officio et dignitati suæ conveniat cum æquitate modestia et charitate.

CAPUT 20MUM TERTIUM.

DE FACULTATE CONDENDORUM CARMINUM

Nihilo magis seducimur quam laborando ut ita dicam sub imperio imaginationis, hæc est princeps jucunda et fere independens a memoria et judicio permittit suis subditis

libertatem sequendi animorum suorum levitatem et incon stantia naturam aut ideas suas pingendo imitantur: formant imagines suntq species quædam creatorum nec amor proprius unquam magis contentus est quam ubi locum credendi nanciscitur quod sit inventor, atq istud Poetis contingit

Constat satis me hic non agere de illis versificatoribus infimi generis qui nonnisi a longe passus suorum antecessorum secuti sunt, et qui favore quorundam novorum episodiorum nonnisi eadem exposuere objecta cum amissione ductuum suorum naturalium. Sermo mihi est de illis veris ingeniis quibus Cœlum impertitum est dividendo portionem hujus cœlestis ignis qui se laboribus illorum communicat. Inutile fere est quærere, utrum viro honesto conveniat hoc sublimi pollere ingenio, præterquod sæculum felix sit ubi unum aut duos in quovis genere produxerit, ascensio cujus dominio subsunt eos cum tanta rapiditate abripit, ut difficilius resistere eorum inclinationi quam impetui torrentis. Non illis igitur scribo ut sequantur suas fatales necessitates. Sermo mihi est de iis quibus non est tanta vivacitas ut eos

impediat sequi consilia rationis. hæc mixtio pituitæ cum genio Poetico tantummodo authores mediocres efficiet, scitas venustasq res facere poterunt, nunquam magnas, nomen eorum fluxum ridiculum potius quam veram gloriam pariet, si sunt illius artis, quæ plus soliditatis quam festivitatis exigit. Vir honestus qui exercet officium distinctum in statu, debet se deffendere adversus omnem illecebram condendorum carminum diffidereq inclinationi qua fertur in poesim, probo nihil ab eo negligendum esse ut sentiatur omnis astutia phrasium Poeticarum, cognoscat probe regulas peoticas ut admiratione efficiantur ii qui eas noverunt ad usum deducere. ast publicum diminueret bonam opinionem quam de illo fovet, si eum videret inconsiderate miscere occupationes majoris momenti suæ artis cum fictionibus ingeniosis quæ poetis caracterem tribuunt.

Nemini magis persvasum est, quam mihi conciliari posse animum condendorum carminum, cum virtute quam exigit societas, verum est quædam species decori quod prohibet quosdam incumbere ad res ita frivolas

ut temporibus

ut temporibus otii liciti vir honestus moram trahat indeseri-
bendis carmine aut reflexionibus suggestis per tranquilli:
tatem vitæ pastoralis, aut quodam eventu jucundo nihil
tunc repetendum habebo. Suppono hæc exigua opera non
esse respiratura tantum elegantiam eosque cordis et animi
motus, qui neque pudorem, neque honestatem offendunt, verum
contra successus horum ingeniosorum laborum volo vir
honestus sit sobrius, ut similia horum mereatur, neque so:
lidum honorem expectet, præterquam ab exercitio suæ
artis.

CAPUT Q[illegible]MUM QUARTUM.

DE IMMODERATO LOQUENDI STUDIO.

Loquaces sunt flagella societatis, quamvis possi:
bile foret eos posse conciliare elegantiam explicationis
determinationem idearum et ordinem certum quem ratio
exigit cum abundantia sive profusione suorum verborum
minus tolerandi essent. Hoc genus hominum nullum
plerumque argumentum enucleate sive accurate tractavit
contentumque superficie rerum de iisdem cum eadem levita:
te disserunt, qua easdem percurrerunt. Quantum martyri:
um pro viro juste apteque cogitare assueto? hæc est vox falsa

quæ ad aurem delicatam jugiter audienda pertingit. Est quidam colloquii modus pro viris prudentibus, quem loquax perquam raro offendit. Verum in omni casu cum modico tempore servat atq hæ subitæ discrepationes in quas recidit necessario effluunt ut minus deffendi queat, quam si exinde non fuisset egressus. Repugnanter ridiculo hujus genuinæ imaginis, mundus plenus est his arhetypis quæ abundanti sterilis et infelix producit. inepta vanitas alit tueturq, ast nihil corrigit loquacitas hæc pro prudentia ab illis accipitur. Et quis satis modestus est ut renuntiet nomini sive famæ quæ ex ingenio acquiritur pondus hujus prolixitatis quantum quantum est, non est solum inconveniens quod societas hac in re dolet sæpissime eam impedit, quo minus res jucundas atq ad docendum accommodatas audire queat. Dupliciter inimici rationis loquaces eam suffocant per sua insipida verba opponuntq se ejus progressui per impossibilitatem, ad quam reducunt personas prudentes, ne vel unum verbum proferant verentes prolongare insulsam atq prolixam ejusdem spiritus intentionem qua jam sunt oppressi neq solum in colloquiis hic infelix reperitur genius

verum etiam in compluribus libris. Heu quot tales recenserem nisi mihi propositum fuisset neminem offendere. Deprehenditur etiam in colloquiis publicis omnis generis atque hæc objectio styli semper est signum infallibile ingenii infirmi atque sine Dialectica. Evitari potest istud tædium quod pariunt ejusmodi authores, non legendo eorum libros, ubi nulla adest necessitas eos audiendi per crudelem decentiam, quo in casu doleo vicem auditorum boni ingenii ad minimum ut nequeant sine indecentia se tradere somno. Ast quod attinet ad loquaces, illi proh! ubique offenduntur videnturque cum majore furore persequi eos qui eos reformidant, qui eorum contagione minime afficiuntur. Fugienda ne est bona societas ut flagellum istud evitetur? hoc foret crudelis extremitas. A deambulando haud cessatur, volantibus insectis fitque bene.

CAPUT 20MUM 5TUM
DE GUSTU ET CENSURA

Non mihi est animus excitandi antiquas controversias de gustu, quilibet populus contendit se habere optimum, si negotium decidi posset per optimos genios cujusvis nationis, facile creditur quod possent definire.

quid per gustum intelligendum sit facileq convenirent in opinionibus: ast decisio eorum haud tolleret præjudicia Et ingenia secundi ordinis appellarent semper ad gustum nationis non habita ratione naturæ rerum, quæ tamen consulenda est pro exigenda opinione sua ad regulas artis

Gustus nationum nihil aliud est, quam explicatio earum characteris. Natura eadem lingva alloquitur omnes populos, ast illi eam interpretantur secundum dispositionem suorum organorum, suorum morum, suorum usuum, suarumq opinionum, ex hac differentia nascitur varietas imaginum ejusdem objecti, veræ sunt omnes relatæ ad eos qui eas faciunt, ita ut si judices eorum sunt quoq affectati applausum atq assensum super earum fidelitate præbere non intermittent, imagines enim hæ sunt in tono eorum sensationis atq intelligentiæ.

Si Poeta et pictor, quorum imaginatio frigida necessario se se eorum operibus communicabit, deinceps judicentur a personis ejusdem secum judicii, persvasum mihi habeo fore, ut arbitri hi illis faveant. Verum si contra judicentur ab ingeniis quorum conceptus promptus et audax naturam fere semper transcendit

fore ut his videantur insipidi atq intollerandi. Si qui in gradu temperationis erunt ab excessibus remoti habere debent judicium securius, videbuntq accurate quid quid deest imagini pictoris aut Poetæ in imitatione naturæ et non penitus eos abjiciendo decenter adnotabunt ea quæ ab illis adjici debuissent.

Loquendo de gustu, exposui naturaliter ideam censoris ratione præditi, verum antequam eum publico exponam quædam mihi adhuc super gustu annotanda sunt, vanitas est nationum, velle dominari in gustibus aliorum ita ut malum judicent qui cum suo non convenit, aut qui ab eo recedit atq omnes nationes plus vel minus hujus superbiæ recipiunt. Procerto asseri potest, et rationem et injuriam habere omnes, nullus enim est gustus nationis qui aliquid boni non contineat relative ad nationem, ratio est quia nullus est gustus nationis ita perfectus, ut nihil desiderandum relinquat, quis audebit arbiter esse inter duos populos æqualiter scientiis et artibus cultos cum optima dispositione mentis et cordis, nonne illi sunt formidanda præjudicia sui gustus atq sui

characteris formati posterius præjudiciis suæ natio
nis prius, quam gustum definire poßet, et seipso
invito nonne continuo proclivis erit ad præjudici:
um ejus quidquid illi peregrinum est.

Novi eße regulas easq nihil aliud quam naturam
per rationem explicatam verum quamvis natura sit fere
eadem omnibus temporibus ac locis, videmus tamen
homines omnibus temporibus ac locis non eandem
ex illa utilitatem ferre, nunc illi nimia craßitudo tri:
buitur quibusdam in regionibus, deformaturq per fal:
sos ornatus, quandoq ab omni materia segregatur ita,
ut non percipiatur, parcißime deniq cum hac nobili
simplicitate, atq eleganti sinceritate profertur exhi:
beturq, quæ verum ejus characterem constituit. Super:
sunt quædam nobis in omni genere exemplaria hujus
boni gustus, ii qui illis student, sunt plerumq illi
quibus cuncta ex sententia optime succedunt, verum
exiguus est eorum numerus, quare igitur gustus hic
in universum non percellat, neq sibi subjiciat omni:
um animos. Profecta culpa a natura non profici:
scitur, proficisceretur ab eo quod homines rationem

vocant suam, culpa?

Si per rationem intelligeretur semper hæc facultas intellectus, hæc potentia animæ quæ bonum a malo, verum a falso, distinguit, accusari haud posset turpis quod resistat bono gustui: verum quemadmodum experientia docemur nos eam subjicere nostris sensibus eandemque redigere in servitutem eorum, inde sequitur eam sæpius esse ducem fallacem, obscuratam per motus animi nostri, subjectam falsis præjudiciis, depravatam per amorem proprium, qui in nos dominatur accidit per mutationem honestam facem hanc, quæ nos ducere atque gerere debebat, nos a recto abducere, atque hæc aberratio a recto est tanto longior cum non potest relinqui nisi per sacrificium eorum quæ nobis adulantur, nostrarum inquam opinionum sensuumque.

His expositis judicari potest an facile conciliantur ideæ nationum super gustu. Ratio orientalium gubernata per temperamentum climatis, non est ratio populorum Septemtrionalium subjectorum moribus, et sensibus eorum climatis, eadem objecta inæqualiter utrosque eorum movent. Necessarium foret ut utrique præjudicia deserant

hic enim est unicus modus qui illis superest redeundi ad viam.

Convenio in omnibus nationibus cultis extitisse genios privilegio donatos sive immunes, quorum intelligentia satis audaciæ habuit excutiendi jugum gustus nationis, quos suscepit exiguus numerus discipulorum, verum vox multitudinis supprimit vocem, gustusq nationum semper dominantur nulla natione potestatem decidendi, habente sine appellatione, cui adherendum esset.

Singulis bene expensis nollem affirmare hanc diversitatem gustus et opinionis esse detrimentum in mundo est forsitan origo æmulationis populorum, quilibet ideam suam perficere conatur, atq ex constituto istarum æmulationum conatuumq nasci opportebat pulchrum, nam quantumvis simplicissimus sit, persvadendum tamen sibi haud est eum esse facilem inventu, solumq per successionem temporum obtinetur, quod necessarium est ad exhibenda sive ob oculos ponenda artium atq scientiarum specimina.

Suppono pro unico momento omnes populos convenire in gustu, tunc omnia viderentur oculis, in architectura, omnia auribus in musica similia.

Omnia essent

Omnia essent in methodo tractandi diversas scientias, eadem et in suppositione opporteret organisationem hominum, gradum motuum atq sensuum et characterem morum esse semper eadem et æqualia, sine quo hæc uniformitas gustus subsistere non posset. Gustus igitur universalis et constans chimera est per rationem atq utilitatem abjicienda independenter a quibusdam principiis, a quibus non aberratur nisi sub pœna discedendi a sensu communi, est quidam gustus, et tonus in quovis sæculo, cui non aliquid tribui non potest. Vera res consistit in faciendâ hac solerte conciliatione inter excellentia exemplaria antiquitatis, atq gustum dominantem: hæc est species tractatus inter judicium, et consvetudinem. Censor prudens et doctus evitabit hunc stylum imperiosum aptioremq ad abducendum quam reducendum. Necessarium erat ut opponerem hæc principia præliminaria super gustu, priusquam adferrem proprias considerationes super usu censuræ superq modo, quo virum prudentem judicare

volo de authoribus eorumq operibus obstante varieta
te opinionis quam observo inter homines, observa:
vi duas res principales. Primam multos esse,
qui decidunt non per opus, sed per incitam ante
menti opinionem in qua sunt pro vel contra autho:
rem, atq hoc incita ante menti opinio procedit fere
semper a relatione suorum propriorum morum cum
opinione hujus personæ. Secunda quod obstante
hac varietate opinionis et eventu in certo quorum:
dam librorum decisio exigui numeri personarum
quæ probitatem cum intellectu conjungunt, figit
tamen ideam quæ hac in re habenda est, atq
huic judicio adhæret prosperitas ipsumq ulti:
mo prævalet. Volo igitur virum honestum de hoc
esse numero, opto ne multitudo approbatorum in
illum dominetur utq sit satis firmus pro conser:
vanda ratione sua in medio elogiorum, persæpe
haud justo tempore prodigorum. Temerarium
credo foret primis his temporibus illusionis, velle
resistere directe approbationi tumultuosæ quæ

instar soni reflexi multiplicatur sufficit illi im:
pedire corruptionem suarum considerationum easque
cum prudentia collocare. Tempus rationis redibit
fascinatio dissipabitur majorque pars admiratorum
erubescet se oculorum suorum aciem perstringi permi:
sisse, quod sæpius accidere vidi.

Censuræ semper duæ objiciuntur fundamentum
et forma, si liber peccet per fundamentum sive per
naturam materiæ, sive per principia, quando exem:
pli gratia lædit religionem, mores bonos, et admini:
strationem, optima promptissimaque censura est eum
abjicere et si aliunde jucunditate styli commendetur.
Vir honestus nunquam adsciscit judicia pravi
exempli temeraria et immoderata. Si materia ope:
ris sit bona, authorque solum peccet in explicatio:
ne aut methodo, tunc vir honestus utetur judicio
suo. Ast nunquam ea separabit a ratione quam exi:
git decorum, cavendum est illi diligenter, atque viden:
dum, ne judicium ejus fiat mancipium, aut echo suæ

vanitatis, neq annotationes suæ criticæ sint explicatio suæ invidiæ potius quam sui studii pro aptu partium dispositione atq bono gustu. Quemadmodum nemini est jus gloriandi dono infallibilitatis potissimum in simili circumstantia vir prudens mentem suam explicat semper modo se præparandi ex parte eorum qui non cogitabunt ut ille eandem moderationem quam adversus alios exercuerit

Ubi vir honestus repletus fuerit his his opinionibus, haud verebor ne exerceat censuram, concipiam bonam opinionem de ejus lumine, tantumq illi indulgebo ut illi permittam facultatem legendi plurima opera, quæ credebam esse periculosa in manibus lectorum minus dispositorum. Suppono aliunde eum habere intellectum probe exercitum, contra sophismata sufficientemq temperatum, ne per falsam Dialecticam se patiatur seduci, quilibet probare debet seipsum sentireq debilitatem suam aut vires, nihil est inconsideratius quam se tradere per curiositatem lectionibus excedentibus nostram intelligentiam

atq notitiam incedendum est semper ordine nec unquam exponendum nomen judicii sui, tanto minus reverentia quæ debetur veritati per desiderium temerarium loquendi aut sese initiandi nimis aspere atq cum animi impetu illis quorum principia haud possidentur, potissimum si res fuerint majoris momenti.

CAPUT 20MUM SEXTUM
DE CURIA

Officia status magni momenti exerceri nequeunt nisi cum relatione ad curiam et cum obligatione eam subinde frequentandi.

Permagni igitur interest cognoscere indolem et mores gentis in qua peregrinari cogimur et subito ibidem exuendi sunt mores quibus alibi imbuti fuimus, temerarius ne sum si adjiciam quasdam considerationes illis quæ hac de re dicta sunt a summis nostris magistris; suptilissimus et forsitan nimis perspicax Rosfucoltus, justus et prudens scrutato

Bruierus festivi Philosophus Dufresnius men
tem suam explicarunt, alii ita docte, et alter ita jucun:
de, ut incipiam remittendo illum pro quo scribo ad
contemplationem horum exemplorum. Quantum
ad descriptionem quam hac directe maxima pars ora:
torum nostrorum exhibuerunt perterrendis potius
quam excitandis virtutibus idonea est. Quis est
homo qui auderet accedere ad curiam si verum
ferret eam semper esse repugnante sua inconstantia
suisq mutationibus regionem clandestinorum calli:
dorumq consiliorum, perfidiarum tenebrosarum, im:
problitatis profundæ, ubi reverentia sine existimatione,
applausus sine approbatione, obsequium sine amore,
ubi damnum sine odio, et ubi qualitates necessariæ
ad proficiendum in honoribus impedimento sunt
quominus ad tales pertingatur; ubi non evitatur
contemptus, ut in odium recidatur, ubi meriti modesti
non habetur memoria, quoniam seipsum non an:
nuntiat, ubi meritum quod se seipsum producit

rejicitur, opprimitur, quoniam formidatur, ubi con:
sequenter nulli præmio locus esse potest, recte igitur
fiet si non observentur hæ tabulæ aliæque similes tan:
tummodo ex parte proprii atque nativi coloris, neque
ibidem apta partium dispositio, neque proportio
neque veritas est quærenda, si hæc effigies naturam
imitaretur, non datur honestus vir in curia, qui in
ea subsistere posset et qui eam aggredi auderet non
temerarius. Accedamus igitur ad naturam et favo:
re veri Sacrificemus miras expressiones; contenti
simus pingere cum candore, non minus quam
simplicitate. Curia non plus vitii quam civita:
tis continet, homines eam componentes, ejusdem
sunt naturæ cum aliis, Magnates atque eam frequen:
tantes facti sunt ad auram regionis, illi noxios
ejus cognoscunt influxus, et quandoque eadem ju:
sto tempore excedunt. Illi qui solum in illa regio:
ne peregrinantur sæpissime instructi sunt tran:
quillitate et intemperie climatis, exemplo illorum

quibus percurrendum est mare qui sibi de omni: bus necessariis prospiciunt quibus in tempesta: te opus habent, si ventus favorabilis spirat, proce: dunt, si venti sunt contrarii in portu se continent, verum jam nave conscensa quandoque naufragium patiuntur, separemus allegoriam ab ipsa re, nihil simplicius est sensu hujus imaginis, Verum homines adamant splendidum, atque illis de ea con: ceditur. Curia igitur nisi locus est quem supremus Princeps occupat, Magnates sui Regni, suique mini: stri, ibi omnia negotia status secreto tractantur, mandata quæ ex illa prodeunt non semper eorum causam indicant. Ibi voluntas imperantis expli: catur, ibi gratiæ omnes omnesque favores distribuuntur opus ne est pluribus ut eo adducantur omnes ambitiosi, utque in motu ponantur omnes passiones, propriæ eorum desideriis, ipsimet faciunt ibidem ludere hoc ingenium clandestini consilii contagio super qua ibidem querelæ moventur, ibi: dem maxima pars temporis consumitur, Curiæ tranquilliores

Sinceriores

sinceriores{que} forent nisi importunitas munus contra leges ineuntium cogeret maximam partem hominum illas componentium, affectare virtutes quibus destituuntur.

Propositum meum non est defendendi falsas blanditias, quibus in curia spes false sollicitantium foventur, verum etiam species persecutionis partem majorem cogit sæpius optimos caracteres ad exercendam hanc falsam politicam, hoc tantum enim est inter illam et societatis humanæ fugam sive odium. Verum morum elegantia in qua educati sunt Magnates, hilariorem repulsæ eorum faciem impertitur quâm imbecilles falluntur, sed dum cognoscitur sermo, non amplius habetur jus spem in ea collocandi, tantummodo in exemplari finis omnium literatorum qui terminatur nos certiores reddendo de aliorum obsequio, terminus usitatus, qui non plus significat, et adhuc minus reverentia.

Atq hunc in modum curiam definiendam esse censeo, hunc{que} in modum conveniens esse, ut ab illis putetur cupis per statum in loco judicii in ea comparere erit. Curia locus venerandus Principis est ibi cum Ministris suis summa status negotia decidit

atq nobilitas distinctionem recipit ordini et merito
suo debitam, ibi virtutes, dotes, et obsequia persona:
rum appretiantur et præmiis decorantur. Exinde
quoq procedunt offensæ atq effectus molestiarum
Quemadmodum magister est centrum omnis reveren:
tiæ, et clientelæ, facile est conceptu tot æmulos coactos
qui placere conantur in æmulatione procedere usq
ad invidiam. Verum hæc ultima animi perturba:
tio per seipsam ignominia notatur, utile foret si
is qui sese huic dedit meritis destituatur. Accidit
ut ex prava origine, oriantur subinde talenta ita
utilia Reipublicæ ac si de nobilissima origine
profecta fuissent. Hæc magnatum æmulatio etiam
cordi muliebri fit propria et otium fere continuat
ubi usus et mollities sui sexus eas videntur conde:
mnasse, causant sæpissime curiæ id quod molestarum
occupationum nomine venit. Princeps fere semper
fastidit has minutias quæ maxime seriam occupatio:
nem in talium rerum Curiæ faciunt, nisi usq ad acquisitio:
nem alicujus realitatis inductæ fuerint perducantur, cujus
influxus bono ordini adversaretur: in his circumstantiis

magister eas solo voluntatis suæ actu dissipat. Voluntas Regnantis regit voluntatem Curiæ, ne judicium feratur de aulicis tantum extrinsecus, nihil plerumque amabilius est illis modus explicandi subtilior et jucundior est quam personis urbanis. Ast majore illos pollere ingenio haud affirmaverim. Primæ nobilitati, hac in re non plus privilegii concessum est quam aliis hominibus consvetudo quam habent comparendi in publica festivitate eis tribuit habitum facilem et imponentem, qui timorem inicere potest modestiæ simplicius atque honesti viri; verum modica consideratio instaurat mox mentem plenam judicio et penetrantem, atque inventiones quas facit eum brevi docent rebus decoris, atque respectu quem illis debet mensurari posse rationem suam cum eorum judicio.

Ministri particularem constituunt classem et conjectura semper eorum judicio paret. Hi sunt plerumque homines probati per exercitium summorum munerum, et qui per gradus ad illud in quo sunt munus pervenirunt. Curia et civitas raro necessaria sunt in dispositionibus animi ad ferendum judicium solidum de propria intelligentia, eorum ratione potissimum

motus animi atque praejudicia exercentur, raro aequitas.

Vir pro quo scribo praeoccupatus his cognitionibus initialibus constitutionis curiarum haud volet penetrare ejus consilia arcana nisi eorum effectum sibi vindicandi animo non opponet illis quidquam praeter virtutem et firmitatem et contemnendo conventus tantumque cognoscet modum se assiduam praebendi, istud est ejus officium non omnino impossibile censeo conciliari posse urbanitatem respectus, rei familiaris administrationem cum virtutibus, veritate caret opinio credere eas in hac regione advenas esse, istud est praejudicium quod exuere debet et removere vir honestus; fiducia quam illi inspirare cupio ejus attentionem non diminuet. Intentus esse debet ad distingvendum homines in loco ubi pulchritudo mixtionis colorum cunctis aequalem splendorem conciliat. Verum existimatio hominum cognita est ubi non semper satis anceps est ut in vitium labi faciat

Ejus igitur opinionis sum ut vir honestus nunquam per sollicitudinem immoderatam, curet cognosci in curia. Verum haud illi timendum est ibidem

comparere si officia quæ exercet exigunt ab eo ut conveniat cum ministerio quantumcunq tortuosus illi hic depingatur labirinthus cum in illo fuerit haud aberrabit neq ibidem rem ex sententia gerat sive bonos non habebit eventus ad libidinem ambitionis illorum qui ejus elevatione non moventur, tantum propter commodum particulare, verum virtus illius ad minus eum reducet unde profectus fuit, neq hinc offendetur, neq percelletur modestia cum impediverat oculos altius attollere, judicium Principis cum appellabit in alia circumstantia fortunaq status haud permittet, verum meritum non elevari.

Si vir honestus cui loquor sit militaris is nunquam confundet tempus et sub specie zeli inordinati non prætermittet in curia id quod debet disciplinæ militari nomini bono, armorum status atq Regis, si dignitate Ecclesiastica emineat, tanta utetur prudentia, ut cum illi objici non possit eum non respondisse occasionibus profitendi clientelam suam coram Principe, populo suæ jurisdictioni sanctiori commisso sit locus conquerendi

de sua absentia. Si exercet munera magistratus jugi memoria tenebit tempus, quod otio curiarum aut animo clandestini callidiq consilii consecratur, esse tempus quod debetur societati consequenter optimum medium praeben: di se assiduum in obsequio atq administrandi justitiam.

Adjiciam insuper in omnibus actionibus esse quan: dam speciem convenientiae et analogiae, cum eorum arte quae habenda est ut evitetur ridiculum. Militaris magis deli: beratus extrinsecus apparet quam magistratus; magistra: tus cum aspectu dignitatis, et Praesul cum omni eo quod requiritur ad conciliandam modestiam cum suo statu.

Terminabo caput hoc delicatum concludendo curiam homini virtuoso in veritate non esse fugiendam asperam admodum et difficilem ambitioso, meritum patefactum atq speciem externam boni, propriamq nationi exutum ibidem ridicula refferre potest politicam elegantiorem, ibi saepius ad praecipitium deducere atq omnibus bene cogitatis virum honestum ibidem deflectere haud debere a via recta. Si tamen contingat viam quam indico non esse viam fortu: nae, agendum est illi pro seipso tanquam pro Rege

et Patriæ, dicere volo proprium progressum, sive promotionem veræ gloriæ sacrificandam.

CAPUT 20MUM SEPTIMUM
DE RELIGIONE.

Quamvis ut in elementis meis dictum est omnis Christianus teneatur scire principia suæ religionis, datur hac in re magni momenti mensura quædam accommodata statui et intelligentiæ cujusq. Extra dubium est Ecclesiasticum nunquam nimium erudiri posse totamq vitam suam dividendam esse in officia ministerii sui in usum bonorum morum, et studium librorum sibi proprium ut lumen intellectus sui augeatur. Quod non intelligendum de personis occupationibus civilibus deditis. Quamvis omnis Christianus bene faciet si per lectiones suas acquirat notitiam distingvendi errorem a veritate debeatq spectare ingenium suum tanquam ducem cordis sui, ut deniq per cognitiones suas illud firmius reddat, magis atq magis in exercitio virtutum sustineo tamen tanquam propositionem certam prudentemq in usu, haud fore

ut vir prudens confundat unquam curiositatem peri:
culosam cum desiderio rationabili rebus quibusdam
lucem afferendi sive eas explicandi datur ut ita dicam
regimen proprium intellectus, quemadmodum datur
regimen corporis, et similiter non omnis alimenti
species cuivis stomacho conducit, certum est non quodvis
lectionis genus convenire omni ingenio. Venenum
innumerum alimentorum non refertur, dantur qui:
dam libri qui idem sunt intellectui, quod venenum
est corpori, sermonem de talibus non facio, solum
eorum authorisq nomen, materia quam pertractant,
locus eorum originis, eos satis indicant faciuntq co:
gnosci, et quamvis modico quispiam polleat judicio
sitq exigua conditione imbutus brevi ipsemet decidet
quid sibi cum illis faciendum sit.

Gradus cognitionis quæ viro honesto habenda
est in materia religionis mensurari nequit nisi per
propriam sagacitatem, exhortabor tamen eum nequæ:
rat initiari omnibus subtilitatibus scholasticis neq
velit fieri arbiter inter duas scholas quarum principium

Contrarietatis

contrarietatis provenientia potius a forma quam a funda:
mento æque tolleratur. Volo adhæreat soliditati principio:
rum quæ hauriat ex fontibus fiatq idoneus ad decertan:
dum palam cum adversariis, haud opus habendo recur:
rere ad argumenta methaphisicæ nimis perquisitæ atq
ultra sphæram Religio Christiana plus rectitudinis
exigit quam penetrationis, plus simplicitatis in corde
quam vis ingenii, non est enim instar scientiarum
humanarum susceptibilis augmenti in se ipsa semper
est eadem, ejus authoritas, certitudo, amplitudo, non
dependent a ratiocinationibus nostris. Innititur fa:
ctis quæ scienda sunt accurate, probatio horum facto:
rum esse debet objectum nostrarum disquisitionum estq
nobis consolatio eam inveniendi in sacris literis, in tra:
ditione atq decisionibus ecclesiæ, solum tribunal infalli:
bile, solumq quod nomen certitudinis

Postquam vir honestus hic a me proposita
perlegerit, non amplius verebor eum offensurum in
mundo genios hos criminaliter temerarios qui tantummodo

pro debilibus infantibusq periculosi sunt, ineptiæ suarum opinionum, verba impia explicationum non magis prævalere debent adversus ejus opiniones quàm portæ inferi contra ecclesiam. Siq adhuc scintilla quædam intellectus illis ~~supreffit~~ supersit hac utetur ad indicandum illis eorum errorem atq imbecilitatem principiorum.

Materialista confusus cognoscet sincere opinionem suam monstrosam nonnisi effectum timoris esse quam corruptio cordis sui haud permittet eum cognoscere esse supremæ potestatis judicis suarum actionum commodum suum particulare magis convenit cum mundo pupillo, quam cum mundo creato ab intelligentia suprema atq providentia sua gubernato. Habet similitudinem illorum malorum subjectorum, qui licentiam multitudinis magistratu carentis justo regimini præferunt qui crimina eorum reprehenderet. Consequentiæ spiritualitatis animæ eum terrent suaq imbecilitas falso reputatur vis ingenii multo major

firmitas exigitur ad comparendum coram judice corrum:
pi nescio quam ad devovendum se nihilo per consilia
imaginationis desperatæ quæ veritatem quam metuit
intueri nequit.

Cl. Locke dixit nos probabiliter nunquam
pares futuros sciendo cogitatne materia an non? haud
percipio quomodo vir perspicaci ingenio præditus
ut ille dubium simile formare potuit. Verum quod
longe minus intelligo est quod super simili dubio
magis excusso per hominem audacissimum, dantur ho:
mines satis imprudentes qui formant sistema affir:
mativum seq dedunt effectui consequentiarum fune:
starum quæ oriuntur ex opinione contraria. Sola ra:
tio brevi efficeret ut erubescant formare similes ideas
verum ratio illorum igne effervescentis animi absum
pta, non se amplius audiendam præbet, abripiuntur
per torrentem pereunt victimæ falsæ securitatis, secu:
ritas magis apparens quam vera, sæpiusq expugnata
per motus externos, quos eorum vanitas nobis dissimu:

lat. Quamvis verum foret eos excutire eo quod nullam suscipiant sollicitudinem, viderentur oculis meis instar eorum temerariorum qui sibi mortem provocant atq inferunt sub specie fortis animi quando sola abiectio animi imbecilitas, et perturbatio eorum organorum sunt principium hujus actionis dissolutæ et contemnendæ.

Maximum medium materialistæ est, quod ignoremus omnes complexiones materiæ, verum est ne necessarium eas omnes cognosci, ut convincamur, nullam earum formatricem cogitationum esse non posse nonne sunt omnes ejusdem generis? estne opus ut cognoscam omnes colores ad sciendum eos nunquam formaturos esse sonum. Quamvis tamen duæ hæ sensationes habeant similitudinem complexionum materiæ tanto minus cognoscendæ mihi sunt omnes ut sciam inter illas atq facultatem cogitandi nullam posse esse relationem.

Spinosista repugnantibus excessibus suæ imagina

tionis haud potuit sibi formare imaginem universi omnino materialis composuit quod vocat Deum ex duplici temperamento, spirituali et materiali, et sine separatione ejus ab omni esse, inde prodit, quod nihil est, quodque omne quod existit sit sive spiritus, sive materia, non est tantummodo temperamentum nihili. Intelligat qui poterit sistema hoc absurdum; ecce tamen fulcrum ingeniorum dissolutorum, cordiumque depravatorum. Relinquere sistema hoc ridiculum suis infelicibus consequentiis, est illud virga censorea notasse haud credo ineptias paganismi tantum unquam rationi nocuisse.

Deista admittit unum Deum formatum secundum motus animi sui suumque arbitrium, admittit ejus existentiam, ut illi bona æterna procuret. Tantum amplificat suam misericordiam ut tollat ab eo justitiam. Idea hæc monstruosa conciliat cum omnibus religionibus, omnia vitia, omnesque virtutes ratio non potest ea adoptare, verum corda corrupta ei locum concedunt tanquam opinioni

Pirrhonicus abjecta via veritatis ut præcipitaret se

in labirinthum opinionum earum singulas profligarit in alias si{q} fidelis est suis principiis, confundit privationem cum possessione, vitam cum morte, motum cum quiete lumen cum tenebris, errorem cum veritate, proprio dubia ipsi in dubium vocanda sunt. Hic est homo in medio fluctuum qui ignorans portum, ne{q} opus habens, ut conetur ad eum appellare semper{q} subiectum agitationis; haud tamen audet affirmare se esse agitatum, non credo ullas adiculas unquam comprehendisse magis insanum. Cogitare tamen hoc modo est Philosophum esse, o miseram rationem humanam! cui exposita es, cum es satis vana ut velis incedere duce non alio preter tuam superbiam.

Hoc ipsum est germen falsæ philosophiæ, quæ tot Schismata tot{q} divisiones produxit, inter Christianos Hi qui erraverunt voluerunt subjicere suæ rationi id cui ea subjicienda fuit, volendo{q} singuli se reddere arbitros sensus scripturarum, gemunt sub pondere suarum contrarietatum nullum habendo jus respective eas sibi exprobrandi, ex eadem enim principii falsitate



proficiscuntur. Vir honestus quem formare conatus sum tranquillus in medio portus deplorabit eorum naufragia, vota pro illis emittet neq timebit fieri lusus ventorum suscitatorum per veteres, atq recentiores hæresium authores. Expectabit cum fide mercedem suæ humilitatis, Impletisq in mundo omnibus quæ ab eo qualitas Civium exigebat, relative ad officia quæ exercuit, potietur omni gloria, quæ procurat certo exercitium constans virtutum solidarum Christianarumq.